



Éstante 64
Ano 3

Vol. K

J. C.

SELECTA
CIRCA LIBROS ARIS-

TOTELIS PERIHERMENIAS, SIVE DE INTER-
pretatione, & in Analytica, seu in libros de Priori resolutione,
& in Analytica Posteriorum subtilioris doctrinae, que
in Complutensi Academia versatur, miro
quodam ordine disposita.

PER LICENTIATVM FRANCISCVM MVRCIAM DE LA
Llana, in insigni eiusdem Academia Collegio Theologorum Collegam.

AD D. D. FRANCISCUM DE MENDOZA,
Sacrosancta Toletana Ecclesia meritissimum Canonicum.

de la libra
ria del Collo
de la compa
de Jesus
de Leonia

Anno

1606



CVM PRIVILEGIO.

Compluti: Ex Officina Joannis Gratiani. atud Viduam.



СИЛА



ILLVSTRISSIMO
Domino Domino Francisco de
Mendoza Sacrosanctæ Toletanæ
Ecclesiæ meritissimo Canonico,
Licenciatus Franciscus Mur-
cia de la Llana S.P.D.



I Parentibus & magistris tantum honoris defferendum est, quantum Philosophi dissertant, tibi illustrissime Domine plurima debeo: te enim parentum loco, cum semper haberem, experientia docuit, me tibi tantis beneficis humanitatem tuam deuinxiisse, quantis me parentes, si superessent, prosequi potuerunt: ab illis enim in lucem quam primum emissum, sic tu me suscepisti, amplexibus fonsisti, expensis enutristi, quibus nec parentes efficere valerent: quare ut quam primum ad scribendum animum appulisse, hasque as fiduas lucubratiunculas in vulgus emanare voluisse sub tua

tutela, & patrocinio, statim edendas curauit, is enim es qui
meos labores tueri queas, quando quidem saepe laborantem
me tutatus es, ut qui tam gratia animi erga te mesenserint, in-
grata mente nostros labores dilacerare extimescant, spero
enim hoc munusculum, quod tam gratia animi speciem
preferre videtur, te mihi obligatorem redditurum, siquidem
me deuinctiorem, nullares tibi, vel coniunctiorem vñquam po-
test efficere, quam iucundissima tui memoria & recordatio,
quem nunquam interituro amore semper, quantum
potest humana fragilitas diligo.

Vale.

SUMA

SVMA DEL PRIVILEGIO.

DIJO Su Magestad Priuilegio y licencia por diez años, al Licenciado Franciso Murcia de la Llana Colegial Teologo de la Vniuersidad de Alcala, para que pueda imprimir esta Logica, como consta porel Privilegio Real,dado en Valladolid a treynta y vn dias del mes de Iulio,de mil y seyscientos y quatro.

T A S S A.

ESTA Tassado este libro, cuyo titulo es , Selecta ad paruam Aristotelis Logicam , compuesto por el Licenciado Francisco Murcia de la Llana, a quattro marauelis cada pliego. Y para que de ello conste, dicesta fece en Madrid a ocho de Octubre de 1606

Francisco Martinez.

Librum hunc vidi,& cum suo Archetypo contuli , nihilque notatu dignum in eo Inueni,quod non corresponeat suo exemplari. Datum Compluti , die 24. Mensis Octobris, Anno 1606.

*Licentiatus Franciscus
Murcia de la Llana.*

C E N S V R A.

IVSSV Senatus Supremi , vidi Selecta ad paruam Aristotel. Logicam, omniaque in eo sunt adeo subtiliter disputata,vt non dubitem quim si typis mādētur magnam vtilitatem, sint omnibus allatura. Datum Pintiæ die yndeclimo, Mensis Iulij, Anno 1604

P. Franciscus de Figueroa.



HOC CAPUT CONSTITVENDVM EST
ante vltimam quæstionem librorum Peryherme-
nias, fol. 51.

C A P U T O C T A U V U M.

De futuris contingentibus.

Dixerat Aristoteles capite 5. & 6. quod in cōtradictoriis propositionib⁹ vna debet habere determinatā veritatem vel falsitatem, ita ut de vna dicere possimus quod sit vera, & de altera quod sit falsa, quæ regula vera est in materiæ necessaria, & etiā in materia contingentia, siue sint propositiones vniuersales cuiuslibet temporis, vt hæc nullus homo est, erit vel fuit albus, & omnis homo est, vel fuit, vel erit albus, in quibus propositionibus respectu cuiuslibet differentiæ temporis vna debet esse vera, vel falsa, quod etiā dicit esse verum respectu propositionum singularium contingentium de præsenti, & de præterito, vt inter has Petrus est albus Petrus non est albus, & inter has Petrus fuit albus, Petrus non fuit albus, in quibus dicit vnam debere esse determinate verā, vel falsam in hoc ergo capite proponit Aristoteles quæstionem an hoc debeat etiam esse verum in proposi-

tionibus singularibus contingentibus de futuro, vt in hac Petrus futurus est albus, & Petrus nō est futurus albus, an scilicet de vna possimus dicere quod sit vera, & altera falsa determinatè, an potius vtraque indeterminata sit ad veritatem, vel falsitatem Tria agit Aristoteles in hoc capite in prima parte probat conclusionē responsuam quæstioni dupli- ci argumento ducente ad impossibile: in secunda parte probat impossibile esse illud ad quod argumen- tata deducunt: in tertia epilogat veritatem tenendā in hac re.

Ad primam partem accedentes textus sic incipit, in his: ergo quæ sunt & quæ facta sunt necesse est affirmatiōne vel negationē verā esse vel falsam esse, id est propositiones de præsenti, vel de præterito necessario debent esse veræ vel falsæ (vt dixi⁹) Propositiones tamen inquit Aristoteles singulares de futuro, vt hæc Petrus erit albus Petrus non erit albus non ha- bent determinatā veritatem, vel falso-

falsitatem, sed quamlibet veram vel falsam appellare possumus, quod probat Aristoteles duplicitate, prima, quia si illæ positiones essent determinate verae vel falsæ, sequitur nihil in rebus contingenter accidere, sed necessario omnia evenire, omnis ergo propositio de futuro contingentи habebit effectum necessarium, quod non potest concedi. Secunda ratio a priori similis est hæc, quia si hæc enuntiatio Petrus futurus est albus, determinatam habet veritatem, in possibile erit Petrum non fore album: ergo necesse est futurum esse album, vnde nihil esset casu & fortuito eventurum, nihilque contingens ad utrumlibet, id est nihil esset indifferens ad esse & non esse, quod falso esset concedere, quia alias tolleretur consultatio & negotiatio in rebus, nam negotiatio solum est de contingentibus non vero de necessariis.

Sed obiicit sibi Aristoteles si non est determinate verum quod Petrus erit albus, & quod Petrus non erit albus, sequitur quod utraque propositio sit falsa: quia respectu cuiuslibet enuntiationis non datur medium inter veritatem & falsitatem: ergo si utraque determinate non est vera, utraque erit falsa: ad hoc respondet Aristoteles concedendo quod utraque non sit determinate vera, negat tamen quod utraque sit determinate

falsa, quia sequentur duo absurdum, primum, quod si utraque esset falsa, iam darentur duo contradictionia falsa, Vicendum ergo est (inquit Aristoteles) utraque neque esse determinate veram neque falsam, Secundum absurdum est, quod idem esset & non esset simul, quod probat sic, quia si hæc Petrus erit albus est determinate falsa, sequitur quod altera negatiua Petrus non erit albus debet esse vera, quia est contradictioni propositionis falsæ, ergo hæc negatiua Petrus non erit albus non potest esse falsa, quia si esset falsa, iam affirmativa, cum sit, contradictionia debet esse vera, atque adeò simul esset verum quod Petrus erit albus, & quod non erit albus.

Neque valet si secundo dicatur aliquis, enuntiationem de futuro prolatam in tempore proximo esse veram, & effectum proxime futurum tunc pro illo tempore esse necessarium, si tamē profertur multo antea, esse cōtingentem, hoc (inquit Aristoteles) non valet, nam si prolatam modo est determinate vera, etiam prolatam antea, nam per nostrum affirmare vel negare nihil ponitur in re.

In secunda parte probat esse in cōueniens illud quod in probatione sua sententia adduxerat, quia certum est in homine esse liberum arbitrium, & per consequens deliberatio, & consilium

lium de rebus futuris agendis,
vel non agēdis, ut siant vno, vel
aliomodo, sed hæc omnia præ-
supponunt aliquid esse contin-
gens futurum: ergo, futura con-
tingentia nō habent determina-
tam veritatem.

In tertia parte epylogat illa
omnia quæ dixerat, & dicit pro
positiones contingentes de p̄t̄erito, & de p̄s̄enti vnam de-
bere esse determinate veram, &
alteram debere esse determina-
te falsam, in propositionibus ve-
ro de futuro affirmat non esse
determinatam veritatem & fal-
sitatem, primā probat, quia ab eo
quod res est vel nō est proposi-
tio datur vera vel falsa, sed res
p̄t̄erita, & p̄s̄ens aliquando
est, vel fuit, ergo propositiones
de p̄t̄erito & de p̄s̄enti, ha-
bent determinatam veritatem,
vel falsitatem, imo addit istas pro-

positiones contingentes de p̄t̄erito, & de p̄s̄enti esse quo-
dam modo necessarias extrin-
sice, in ordine ad tempus in quo
sunt vel fuerunt, nā omne quod
est, quando est, necessario debet
esse. In calce capitū notat Ari-
stoteles quod licet propositio
contingens de futuro nō sit de-
terminate vera quælibet per se
vt h̄c Petrus futurus est albus,
& hæc Petrus non futurus est al-
bus, tamen iste propositiones si-
mul sumptæ hypotetice, vt sic
veritatem vel falsitatem habent
determinatam, licet quælibet
determinate non habeat verita-
tem determinatam, vnde vera
est vel falsa determinata hæc,
propositio hypotetica, Perrus
futurus est albus, & non futurus
est albus, &c. hæc sunt quæ
Aristoteles in hoc capite do-
cet.



SELETA CIRCA LIBROS ARISTOTE-

lis Perihermenias, sive de interpretatione & in analytica, seu in Libros de priori resolutione, & in Analytica Posteriorum subtilioris doctrinæ, quæ in Complutensi Academia versatur, miro quodam ordine disposita, & in dulcidam methodum redacta.

Per Licentiatum Franciscum Murcia de la Llana, in insigneiusdem Academia Collegio Theologorum Collegam.

PRO O E M I V M.



VI. A *V*tilis visa fuit semper scrutatio eorum, quæ in hoc tractatu continetur, antiquores & moderni scriptores longam super illum texeris disputationem, quibus dampalam nondum veritatem enodantibus, aliis recentioribus, in *V*tilia *V*tilibus mixcentibus, ut prolixitate, intellectum a vera cognitione rei remouere videantur, nos vero breuitate solita, quæ amica reputatur, quadam methodo Academicæ procedentes.

Cedentes sicut in aliis, ea solum tâgemos. quæ utilia videtur ad consecutionem finis contemti in hoc tractatu, reliqua vero cum tanter talia si quis late inspicere desideret authores infra citandos consulat.

Non defucere quidam, qui gloriam Aristotelis adumbrare volentes, ipsum authorem horum librorum esse negare, huius de liramenti sunt Andronicus & Rodius, in eo tantum fundamento nixi, quod in primo & primi libri huius tractatus conceptus passiones animi vocentur que nūcupatio, apud Arist. nunquā alibi reperitur miror enim hos graues autores, tam debil ratione allucinatos fuisse, statibus in contraria omnibus Græcis, & Latinis, imputantibus Hos libros Arist. sicut proprio autheri, & ratio, in contrarium falsum supponit, quia Aristot. primo de anim. cap. primo conceptus vocat affectiones seu passiones docens infra 3. de anim. cap. quarto intelligere, ebo quodam pati.

Libri isti que perier menias Græce dicuntur, quod latine id est ac de interpretatione ac si dicerentur de enuntiatiua oratione, in qua verū vel falsum enuntiatur sola autem oratio enuntiatiua in qua verum, vel falsum exponitur, proprie dicitur interpretatio, licet, nomina & verba interpretationes dicantur, non quia in eis reperiatur: veritas & falsitas, ut infra dicemus sed quia sunt principia ex quibus interpretatione componitur, ut docet Sanctus Thomas hic legio ne prima, vel secundo de interpretatione dicuntur, quia enuntiatio vocalis, de qua hic saltēm per accedens agitur est enuntiatiua, seu interpretationis conceptus mentis.

Notandum est ultimo merito hos libros post libros predicatorum si tos fuisse, nam cum logica scientia rationalis dicatur, necesse est, quod eius consideratio versetur circa tres operationes rationis & cum de prima, scilicet similitudin apprehensione & cognitione, in predicatoris sermonem fecerit, ubi nobis divisionem, & notitiam naturarum simplicium, ut quantitatis & substantiae posuit, oportuit statim agere de his, quæ pertinet ad secundum

Proœmium.

dam operationem intellectas, scilicet de enuntiatione, quæ res simplices componuntur, & diuidantur, ut postea in libris priorum, & aliis agere de tertia scilicet discursu & syllogismo, quæ ex enuntiationibus & orationibus componantur, & ex his coligitur finis & utilitas horum librorum nam cum logicas intendat tradere modum & instrumentum secundi, inter quæ principem obtinet locum, syllogismus ad illum fabricandum, agit Aristoteles de interpretacione, seu enuntiatione oratione, quæ partes sunt constituentes argumentationem.

Circa divisionem horum librorum, non omnium auctiorum est concors sententia nostamen latinos sequentes tractatum istum, in duos partimur libros, in primo libro a capite primo usque ad quartum exclusiue agit Aristoteles de quibusdam necessariis ad intelligendam naturam enuntiationis, & a capite quarto usque in finem agit de ipsa enuntiatione, & de illius speciebus, & proprietatibus, in secundo libro agit de propositionibus infinitis, & modalibus quiaramen longe in sumulis disputatauimus, ea omnia pretermittimus, & solum mentionem faciemus de his quæ philosophus primo libro disputat.

D V B I V M P R O O E M I A L E Q V O D
sit obiectum horum libro-
rum.

Prima sententia est quam tenent aliqui antiquiores, & moderni ex quibus est Masius hoc in loco scilicet obiectum horum librorum esse enuntiationem, non quancunque sed categoriam tantum non tam enuntiationem in communi, prout comprehendit categoriam, hypotheticam citant pro sua sententia Sanctum Thomam hic legit prima & probant ratione, quia propositio hypothetica non significat aliquid absolute.

se d'sub conditione, ut hæc propositio, si Sol luceret, dies esset ergo cum hic tractet philosophus de propositione ut est enuntiatio veritatis, vel falsitatis non potest hypotistica esse obiectum horum librorum.

Dico primo enuntiatio est obiectum horum librorum ratio est, quia obiectum totius logicæ est triplex operatio intellectus ut diximus in selectis super logicam quæstio. proœmialibus: ergo obiectum partis qualis est hæc abebit esse aliqua operatio ex illis: sed non potest esse alia nisi secunda operatio intellectus, quæ est enuntiatio: ergo: Secundo, quia omnia, quæ in hoc opere tractantur, scilicet nomen & verbum &c. ad enuntiationem ordinantur ergo enuntiatio est obiectum huius tractatus.

Dico secundo enuntiatio in communi prout comprehendit et hegoricam, & hypoteticam est obiectum horum lib. ita Tolet. & alijs & probatur, quia Arist. in primo lib. cap. 4. diuisit orationem, seu enuntiationem in simplicitate & compositam, seu in categoricam & hypoteticam, illas que definiuit: ergo propositionis hypothetica consideratio ad hunc tractatum spectat Secundo, quia propositionis hypothetica siue conditionalis ut hæc si Sol luceret, dies esset, siue absoluta ut hæc Petrus currit, ergo mouetur significat veritatem, vel falsitatem, ergo eius consideratio ad dialecticam pertinet: sed ad nullam partem illius potest pertinere, nisi ad hanc, cum in nulla alia de enuntiatione. & de eius partibus agatur: ergo, antecedens probatur: nam propositionis hypothetica cōditionalis (de hypothetica absoluta non est dubium quod significet veritatem, vel falsitatem) habet cōexionem unius cum alio: ergo est veritas sub cōditione, alias si in propositionibus talibus non esset veritas, neque etiam in effectibus cōditionatis veritas esset, Unde si in rebus cōditionatis veritas non esset, neque in Deo scientia esset cōditionalis cum ergo hoc fateri non possit, dicendum est tam in rebus conditionatis, quam in enuntiationibus conditionatis esse veritatem, vel falsitatem, quia ab eo quod res est vel non est.

Proœmium.

est, propositio dicatur vera, vel falsa, ultimo probatur conclusio ex fine quem diximus intendi in hoc tractatus scilicet consciendi syllogismos: ergo sicut inter syllogismos, quidam sunt compositi, alijs simplices, ita hic debet considerare philosophus compositas ex quibus compositi syllogismi consciuntur.

Dico tertio quamvis enuntiatio sit triplex, vocalis mentalis & scripta sola mentalis est obiectum huius operis, quia sola illa est operatio intellectus, de qua agit logicus & quævis Aristoteles agat de vocali & de eius partibus, solum est per accidens in quantum ad exprimendam mentalem ordinantur.

Ad argumentum in contrarium respondetur, & in primis Sanctus Thomas, nihil contra nos affirmavit nam boco citato solum dicit orationes optatui, & imperatui, ut utinam legerem, tu lege, magis ordinari ad exprimendum affectum voluntatis, quam ad interpretandum, quod habetur in intellectu. Ulterius dixit Aristotelem ex professso non disputasse de hypotheticis quia non habent absolutam veritatem, quæ est necessaria ad syllogismum, tamen in hoc secundo nihil dicit contra nos, quia licet Aristoteles ex professo de hypotheticis non disputauerit aliquo tam modo de illa egit capite quarto, & saltem teneret veritatem conditionatam, & per hæc patet ad fundamentum contrariorum.

Etsi obsicias Aristotelem in libris priorum & de posteriori resolutione agere de enuntiatione, & eandem rem secundum eandem rationem ad diuersas scientias pertinere non posse. Respondetur relictâ solutione cuiusdam Neoterici diuersimode hic & ibi Aristotelem agere de enuntiatione, hic enim agit de illa, ut ordinatur ad res ipsas, quas euuntiat, in ordine ad quas habet significare uerum & falsum, in libris priorum agit de enuntiatione, ut est pars syllogismi, in libris de posteriori resolutione ut est prolativa antecedenda, & consequentis, ex his occurritur alijs

objectioni, quæ solet fieri, quomodo Aristoteles agat hic de nomine & verbo, siquidem in prædicamentis de rebus simplicibus egerit, & respondeo diuersimode hic & ibi de rebus simplicibus egisse, nam hic agit ut sunt actuales partes enuntiationis, ibi vero agit de illis, in quantum prædicari & subiici apta sunt.



C A P U T P R I M U M.

Ntentum Aristoteles in hoc cap. est trare modum, quem habent in significando conceptus, voces & scripturæ, hoc caput tripartibile est, in prima parte loco proœmij proponit Aristoteles ea de quibus est acturus, in secunda parte declarat, quæ sint ea, quæ significat & quæ significantur, in tertia as signat differentiam in significando quam habent voces simplices, & compositæ.

Ad primam partem acceden-
do, inquit Aristoteles Primum o-
poriet constituere, id est, definire quid
nomen, quid verbum, quid affirmatio,
quid negatio, quid enuntiatio, quid de-
mque oratio sit: Oratio enim ge-
nus est ad enuntiationem, in qua
propositione proponit philoso-
phus, ea omnia de quibus dispu-
taturus est in hoc libr. in 2. p. ad
declaranda quæ significant & sig-
nificantur profert hanc propo-

sitionē, sunt ea, quæ sūt in voce,
earū, quæ sunt in anima passio-
nū notæ, & ea quæ inscribūntur
eorum, quæ sunt in voce, ac si
dicerer, voces significant cōcep-
tus & scripture significant vo-
ces: nā cum voces permanentes
non sint & illis non possimus
distantibus nostros conceptus
enodare, opus fuit uti scripturis
ad explicādos animi cōceptus,
qui cōceptus inquit philosophus
inmediate ressignificat. assignat
Arist. differentiam, nam voces,
& scripturæ significant ad placi-
tum, cum non sint idē apud om-
nes, conceptus vero cum sint idē
apud omnes significant natura-
liter. In tertia parte inquit phi-
losophus, voces simplices non
significare verum, vel falsum, si
cut neque simplex operatio in-
tellectus, sed solū in composi-
tis propositionibus reperitur ve-
ritas, & falsitas: nā si aliqua
vox simplex significaret verum,
vel fal-

vel falsum maxime hac Hito-
cerus, sed haec non, nisi illi ad-
datur verbum simpliciter, vel
secundum tempus.

Circa literam Capitis.

Circa priuam partem capi-
tis aduertendum est, quod
nomen, & verbum de quib-
us proponit Aristoteles agenti-
bus sunt partes integrales enun-
tiationis, quia enuntiatio & pro-
positio ex nomine & verbo tan-
quam ex partibus consitatur. Se-
cundo aduertendum est, quod
per affirmationem, vel negatio-
nem non intelligit copulam af-
firmantem, vel negantem, sed
propositionem affirmatiuam &
negatiuam, que sunt partes sub-
iectivæ enuntiationis in com-
muni, que in illas diuiditur.
Tertio est aduertendum circa
eandem propositionem in qua
dicit philosophus determinandū
esse, quid sit enuntiatio, quod
quauis omnis scientia præsup-
ponat de suo obiecto, an sit, be-
ne tamen potest definire obiec-
tum, sicut fecit secundo de ani-
ma, ubi definitum animam, que
est obiectum horum lib. & ita
hic potest definire enuntiatio-
nem licet sic obiectū horum lib.

Circa secundam partē capitis
notandum est, q̄ quando Arist. di-
cit, ea quæ sunt in voce, &c. per
ea, quæ sunt in voce, intelligit
nomen, & verbum, qui a vox est
subiectum nominis & verbi, in
quo demonstrat nō omnē vocē
esse significatiuā, nā voces bru-

totum non significant inter nos
cōceptus, cū non sint capaces
nominis & verbi, & nomen &
verbum supra vocem addunt re-
lationem signi ad signatum, sci-
licet ad conceptum.

Secūdo notandum est Arist. ideo vo-
care cōceptus passiones animi,
quia conceptus, siue obiectiuus + dico si-
(quid vero ex his intelligat Ari. ue forma
per passiones animi dicemus in lis, quem
tra) est in anima & quodam mo-
do recipitur in illa medio inte-
llestu, & ita patitur ab illo in re-
ceptione, vnde cōceptus passio
dicitur.

Circa tertiam partē est dubiū in
ter exposidores quid intelligat
Arist. per verbū simpliciter, vel
secundū tēpus, in quare pater Ru-
be in hoc loco tres ad ducit ex-
plicationes quas Doctor Nauar-
rus tradit ex quibus ultima est,
qua mihi magis cōsidero nat, scilicet
verbū secundū tēpus esse il-
lud, q̄ significat prædicatū in es-
se, vel nō in esse subiecto, in alia
qua differētia tēporis secundū
q̄ attēdēdū est, an propositiō sit
vera, vel falsa, vt in his Petrus au-
dit Ioānes est sapiēs. Verbū sim-
pliciter est illud, q̄ significat præ-
dicatū cōuenire subiecto abstra-
hēdo a differētia tēporis, quales
sunt propositiones necessariae,
vt homo est rationalis, vel tristi-
lis, quæ propositiones sunt vere
vel falso, imo perpetue veritatis
& falsitatis absq; consideratione
differentiē temporis quam ex-
plicationem paucissimis ver-
bis adduxit Nauerus.

Cum ergo Asist. in hoc cap. ag. t de significatione de cōceptu, seu verbo mētis & de veritate & falsitate omnes Neoterici Cōplutensis scholæ tria tractare super hoc caput cōsueuere pri-mo de significatione, secūdo de natura cōceptus & verbī mētis, tertio de veritate, nos vero in nostris selectis attendētes potius Tyronibus prodeesse, quam methodo aliorū conformari more nostro tria super hoc caput breuiter disputabimus.

Disputatio. I. De significatione.

Ad explicandū quomodo enūtiatio sit vera, vel falsa, vel quomodo significet veritatem, vel falsitatem pro-sus enodandū est, quid sit significare, & quæ sint ea quæ significant, & significantur.

Quæst. I. Quid sit significare.

Primo notandum est, qd signū est duplex, vnu propriū, alterū in proprium primum dici-tur, qad impositū est, vel a na-tura, vel a voluntate, hominum ad significandū aliquid a se di-stinctum, & qualibet ex his con-ditionibus deficiente deficit signum a ratione signi proprii, ho-minum generum sunt suspiria, ge-mitus, & quæcūque voce: in pro-priū signū dicitur, quod vel nō

facit cognoscere aliquid a se di-tictū, vel si facit non erit a natu-ra, vel a libertate hominum in-tale oficium destinatum, sicut voces expertes significatus ut Blytiri, &c.

Signū propriū duplex est, vnu quod facit cognoscere tanquā instrumētū, aliud quod facit cog-noscere tanquā forma ex épluri primi est imago Cæsaris, quæ ut instrumentū dicitur significare quia vt moueat potentiam ad cog-nitionē obiecti quod re p̄fesh-tat, scilicet ad cognitionē Cæsa-ris, necesse est prius potentiam moueri a cognitione imaginis, sicut artifex, vt moueat instru-mentaliter lignum ferrā, necces-se est prius ipsam ferrā in puliu moueri Secundo modo dicitur aliquid significare, vt forma, quod per solā informationem facit cognoscere v.g. verbū mētis ex eo quod informet intelle-cū ut terminus formalis facit cognoscere, & nō ex eo quod sit prius cognitum.

Signum instrumentale rursum duplex est, vnu quod significat per formā & propriā similitudinē, quæ significatio, seu repræsentatio fundatur in veritate for-mali, seu conuenientia in forma representata, vt repræsentatio, quæ est inter imaginē Cæsaris, & Cesarē, nec volodidere, quod vox quæ repræsentat vt imago habeat eandē naturā cū re repræsentata, sed quod significatio fu-detar in cōuenientia per simili-tudinem

tudinem, quia scilicet imago, & obiectum conueniunt in hoc quod prima representat omne, quod est in obiecto & obiectum representetur secundum omne quod habet in se, quāvis in aliqua significacione naturali reperiatur hec conuenientia omnimoda in natura, ut in diuinis v.g. verbū est imago Patris inter quas repetitur conuenientia in natura. Alio modo dictum significare per similitudinem virtualem, seu intentionalem quam significatio nē habet quālibet species impressa, quatenus tenens se ex parte obiecti est causa cōceptus formalis, ex quo in sero q̄ potētia nō significat sicut species impressa ut signū quia licet potētia sit etiam causa cōceptus formalis notamen se tenet ex parte obiecti quod representat cōceptus formalis.

Rufus signū in sua latitudine duplex est vñū naturale quod ex natura sua aliquid significat in actu, quāvis impositione ablata & hoc reperiut in instrumentali & formalī, aliud signū est ad placitū, vel ex cōsuetudine, ut ratiō ante tabernā, & mappæ immensa, & hoc signū ad placitū, aliud est doctrinale, aliud artificiale de quibus omnibus late diximus. li. summularum. ca. 8.

Vltimo signū, duplex est, vñū quod tātū significat aliquid nō tamē supponit, vel substituit pro te quā significat, vt tuba. licet significet hellū nō tamē supponit probello: aliud est signū

significatiū & suppositiū q̄ nō tātū significat aliquid, sed etiā supponit pro illo, vt voces signifi cant res, & supponit pro rebus.

Ex his colligitur definitio signi quā adduxit Aug. li. 2. de doctrina Christiana. i. his verbis, signū est res, quæ prater speciem, quā ingreditur sensibus, aliud aliquid ex se facit in cognitionē venire. In qua definitione nō definitū sicut signū formale, quale est verbū mētis sed signū instrumentale, quod significat, vel per propriā similitudinē, ut imago, vel tanquā instrumentū exterius, ut vestigium, vel vox, siue signū sit ad placitū, siue naturale, vnde non fuit definitū in hac definitione signum interuis quod significat virtualliter ut est species impressa, quia una species nō mittit speciem sui.

His positis circa difficultatē & quāsitum questionis, aliqui quos sequitur Villal. i. li. sumul. i. p. c. 8. dixerunt quod significare est rē facere cognoscere: sed hęc definitio ut sic nimis ampla est nec nō in rigore loquitur, nā secundum id quod sonat Deo & potentie conuenit, quia efficenter faciūt cognoscere. Nec inelatet aliquos respondere in hac definitione solum definiri signum doctrinale, & ita hanc definitiōnē causis efficiētibus, vt Deo & potentie non conuenire. Sed licet hoc cōcedamus de quo dialecticis questionem relinquam, adhuc hęc definitio non explicat quod in illa solum signum

doctrinale definiatur: nā si ego explicare vellē quomodo Deus ad nostrā cognitionē concurrat his verbis dicere, Deus facit nos cognoscere, & tamen non significat, quia Deus non est signū.

Alij dixerūt q̄ significare est redere rē p̄tērē potētię, quę definiūt sicut p̄terita nō quadrat quia aliquis potest reddere p̄tētē colorē potentia, & tamen nō significabit, vnde dicit ēdū est q̄ significare est rē referre potētię, qualiter imago Cxslaris refert potētia Cxslarē, & cōceptus vel species in p̄tēla refert obiectū potentia, quę definitio meo videri st̄i dioribus verbis endat naturā, seu rationē significatiōnis cōueniētē cuilibet signo ex enumeratis. Sed cū duplex sit signū ut diximus, vnuad placitū alterū naturale, & signū sit nō mē concretū importās pro formalī significatiōne, dubiū est quid sit significatiō ad placitum & significatiō naturalis.

Circa primū Pater Nauatre. 1. contro. 4. 7. fol. 194. cōl. 3. affirmit significatiōne impositiōnis, seu ad placitū q̄ idē est quā habent voces & nomina esse ext̄insecā denomi nationē partici patā ab imponente medio conceptu, quā denomi nationē ext̄insecā, alij clarius vocarunt denomi nationē realē, quia fundatur in aliquo ext̄insecō, nēpe in impositione, seu actu voluntatis sicut denomi nationē visi est ext̄insecā, & realis, quia fundatur

in aliquo reali, scilicet potētia visua, quā est ext̄insecā obiecto, seu parieti viso. Quod autē nō possit esse relatio rationis probatur, quia ens rationis fit per intellectū, significatiō tamen habet ortū a voluntate, & cōsensu imponētis: ergo significatiō ad placitū nō est ens rationis, sed ex trinsecā tātū de nominatiō.

Dico tamē significationem ad placitū, quā habent nomini vocesq̄ signa artificialia, & doctrinalia esse relationē rationis, quā cōclusionē tenet doctissimus P. Vazquez in codicibus de sacramētis in genere nondū typis mandatis, vbi dixit significatiōne ad placitū, quā habent sacramenta in ratione signi esse relationē rationis, uno sicut quidā recētiores nostra schola affirmat nullū esse ens rationis, sed omnia entia, quę nos rationis vocamus ext̄insecas esse de nominationes, nos ecōtārio dicimus nullā esse ext̄insecā de nominationē realē secluso intellectū, sed omnes ext̄insecas de nominationes esse relationes rationis q̄ docuit eruditissimè P. Vazquez 1. p. tom. 2. disp. 11. nū. 2. ratio est, quia ext̄insecā denomi nationē est nominis appellatiō: sed nominis appellatiō est opus rationis, eo q̄ nomina sūt imposta ad significandum nostrū conceptū quę de rebus habemus: ergo secluso intellectū nō est nominis appellatiō, atque adeō ext̄insecā denomi nationē debet

bet esse relatio rationis, si res re-
lata in ordine ad aliud cōcipiat
ergo cū ratio significationis ad
placitū, aut ante intellectū ni-
hil reale positiū, neq; negati-
ū sit, aliquid rationis debet es-
se. Secūdo, quia h̄c extrinseea
denominatio cū non sit a forma
existēte in re denominata nullū
aliud potest habere esse, nisi per
rationem.

Sed obiicies, quia voces & no-
mina excitat nostrū intellectū
ad cognoscendas res, ante quā in-
tellectus cōsideret rationē signi-
ficationē: ergo significatio
habet esse ante opus intellectus
atq; adeò non est ens rationis.
Resp. cocedēdo maiore, & negā-
do minorē quia signa ad placitū
nō mouēt per id q̄ habent in se,
sed quia ille, qui audit vocē scit
ex vsu hominū pro tali re vñsarpa-
ri, tamē quod vox dicatur: signi-
ficare opus est rationis.

Ad rationē dub. respōdeo sig-
nificationē nō tātū oriri ex ipso
cōsensu & actu vñlūtatis sed e-
tiā oritur ex ipso actu intellectus
quo cogitescitur, & intelligitur,
quod vox significet rē cōceptā
ut dicemus. Si verò loquamur
de significatione naturali, respō-
deo breuiter, respectus, quē dicit
signū sive naturale, sive forma-
le ad rē representātā non distin-
ctū realiter nō est relatio realis
sed rationis, quia relatio realis
debet esse inter terminos reali-
ter distinctos Dico secundō res-
pectus quē dicit signū naturale

ad rē nō existētē, vt imago Cæ-
sarī ad Cæsarē mortuum nō est
realis, quia nō est ad terminum
reale existētē, & si ibi est aliqua
relatio realis solum erit secun-
dū dici, sicut est illa quā impor-
tant sciētia ad obiectū nō existēs
tamē non erit secundum esse,
quia relatio secundū esse petit
terminū existētē realiter, vt di-
ximus in selectis circa cap. de
relationē.

Dico tertio in hac quāstione
respectus quē dicit signū natura-
le ad rem realem existētē & di-
uersam realiter est relatio realis,
quē potest ponī in primo gene-
re, quādo fūdatur in cōuenien-
tia, & vnitate formalit̄ ut dixim⁹
& potest ponī in tertio genere,
quatenus imago representatione
metitur on nr̄ q̄ est in obiecto
cū illo que adæquatnr, vnde nō
placeat quod docet Doctor Pla.
Valent. disp. 2. super h̄c c. q. 2.
colu. 4. verbū mentis quod sig-
num est naturale dicere relatio-
nem rationis ad rē quā representē-
tur. Quādēcima absolute falsa
est: nā sires representata est realis
& realiter quidē existit diuer-
sa a re quā representat, illa rela-
tio quam importat, realis erit.

Quest. II. Vtrū voces & cō- ceptus significant.

A Primis incipiendo quidam
distinguētes in voce signi-
ficare aliquid & exprimere
aliquid, dicit, voces exprimere
& declarare cōceptus, nō tamen
voces significare, quia voces non
subili

substituuntur pro conceptibus & ita non significant conceptus, quia significare aliquid est ponere loco illius, additum hinc voces significare res, quia ponuntur loco illius, ipsas tamen non exprimere.

Secunda sententia est quam sequitur pater Rubeus, hoc loco questione prima cum aliis scilicet voces significare in media te ut quod ac principalius res ipsas, at tamen etiam voces significare in mediare & ut quo conceptus formales, vnde quando Aristoteles dixit sunt ergo ea quae sunt vox earum quae sunt in animo passionum nota, affirmat per passiones intelligendos esse conceptus formales, qui sunt qualitates, & similitudines formales obiectorum: probat Rubeus primo ex sancto Thom. q. 4 de potentia art. 11. vbi discussio conceptione intellectus, quae est rebus metis proprie vox exteriori significari. Secundo probat ex codice D. Tho. q. 27. art. 1. vbi animalia verba adducit. Tertio probat ratione, quia dualis loquimur non solus aperimus eis res sed metes & cogitationes nostras ergo significamus res mediis conceptibus, quibus res ipsas concipiimus quando ad illas significandas voces imponimus, alias si voces tantum res significare se queretur inquit Rubeus veritatem propositionum vocalium prius esse in rebus, quam in intellectus.

Quartu argumentum est, quia voces significant naturas uniuersales, sed naturae sunt uniuersales

per actionem seu conceptionem intellectus: ergo voces significant res mediis conceptibus. Id est de scripturis dicit, scilicet ipsas significare voces quae intelligendum est ut quo, quia scilicet scripture significant conceptus mediis scripturis. Alii recentiores dixerunt voces significare conceptus formales non quidam, ut quo, sed ut sicut ipsas res & id est dicendum est descriutris respectu vocum, & conceptuum. Ut in hac re breviter veritatem evodemus notandum est primo, quod vox animalis aliud est, ut dicitur, 2. de anima quam: Sonus ob ore animalis prolatus mediis eius instrumentis cum intentione aliquid significandi in qua definitione sonus ponitur loco gentis, est enim quid communis ad id quod non est vox reliqua ponitur loco differentia, scilicet quod sit ab ore animalis prolatus mediis instrumentis, per quod significatur sonum vocis esse actionem vitalem, quia debet procedere a principio vitali: per instrumenta intellectus gutturi, linguam, palati & dentes & labia, quae sunt corpora collidentia, vnde vox fit ex aere missa per arteriam gutturalem & labia, dicitur ultimo cum intentione aliquid significandi, non quia semper talis intentione requiratur ad rationem formalem vocis, ut in vocibus amentiis patet, sed ad explicandum finem ob quem inuenientur sunt voces. Ex quo colligo, quod vox additum supra sonum de articulatione facta a principio vitali: vnde tuis ani-

animalis & gemitus, imo & voces syptacorū non sunt propriæ voces ob defectum perfectæ de articulationis, loquatio autem adit supra vocē de articulationē significatiū in conceptus, quæ de articulatio significatiua expressius significatur nomine locutionis quā nomine vocis. Nec cōtra hoc obstat dicere quod echo est vox, & tamē ab ore animalis quia echo non est vox sed sonus reflexione causatus ab voce de articulata animalis, de quo & quomodo causa est dicemus 2. de anima cap. 8.

Secundū notandū est quod conceptus est duplex unus obiectiū alius formalis, primus dicitur res illa quod cōcipitur prout cōcipitur ab intellectu secundus dicitur verbū mētis seu species expressa producta ab intellectu qua repräsentatur res obiectiva.

In hac ergo difficultate dico primo voces significat̄ res principaliter & ut quod. In qua re omnes autores cōueniunt: nā cū res ad sc̄olas aducere nō possumus opus fuit vocibus vti significantibus res, & ad hoc solū impositae sunt voces.

Dico secundo voces nō significat̄ cōceptus formales, qui sunt qualitates repräsentatiue rerū, quæ cōclusio est cōtra Rubeū & aliquos recentiores illā tamē docuit Pater Bazquez 1. par. tom. 1. disp. 7. 5. c. 3. n. 16. quæ cōclusio sic explicatur, & probatur quia licet verū sit voces subrogari &

poni loco cōceptuū formalium, vē per eas ille qui loquatur faciat audientē intelligere id quod ipse intelligit, tamen ipsos cōceptus formales nō faciūt cognoscere, ratio est, quia significare, nihil aliud est, quā rem facere cognoscere, vel rē referre potentia (vt diximus supra) sed per voces non deuenimus in cognitionem cōceptuū formalium eorū, qui nobis loquuntur, quia semper ignoramus illos conceptus: ergo.

Huic argumēto respōdet Ru-beus vtrū esse vocem nō ducere nos in cognitionem conceptus, sed rei tamē hoc inquit nō prouenit ex eo, quod vox nō significat cōceptū, sed ex eo quod vox non significat prēcipue cōceptū sed rē, & cum vox nō faciat nos venire incognitionē rei nudę eo quod semper per voces significamus res cōceptas ideo voces debent significare cōceptus formales: sed hęc respōsio nō soluit difficultatē: nā si vox significat cōceptū formalē, signū illius debet esse quomodo cūq; illud significat (in rebus enim exterioribus bene valet, significat, ergo est signū, licet in interiorib⁹, vt in specie impressa, & expressa, non valat) ergo pr̄ter speciē, quā iningerit sui aliquid aliquid debet facere cognoscere vt cōstat ex definitione August. sed nō facit cognoscere vt ex Ru. ergo nec signū est nec significat. Pr̄terea q̄ voces non significant nisi res cōceptas tantū est dicere, q̄ vox sign.

significat conceptū obiectuum
vñficiā dicā, non tamē q̄ signi-
ficet conceptū formalem, nā vo-
cem significere rem conceptam
prouenit ex eo, quia cum impo-
sitione sit actus voluntatis depen-
denter à cognitione intellectus,
impossibile est imponere vocē
ad significandam rem, quae non
sit cognita, non tamē, quia natu-
ra sua, vñ ex impositione voces
significant conceptus formales.

Dico tertio in aliquo casu vo-
ces significant cōceptus formales
quādo scilicet reflexe realquis
cognoscit suum conceptum for-
malē, & illum vult alicui media
voce enodare, hinc illa vox in
mediate & vt quod significabit
illum cōceptum primū, & hinc
vox subrogatur, seu ponitur lo-
co secundi conceptus, quo refle-
xit homo supra primum, ta-
men quando talis reflexio non
contingit vñquam vox significat
conceptū formalē, q̄ cīādo-
cuit Bazquez supra loco citato.

Dico quarto voces significant
conceptus obiectuos scilicet res
ipsas cognitas, seu obiecte existē-
tes in intellectu, & hoc quidem
immediate. Hanc sent. sequitur
Pater Vazquez loco allegato, &
de his cōceptibus obiectiuis af-
firmat esse intelligendū. Aрист.
quādo in hoc c. dixit. Sunt ergo ea
que sunt in voce, earū que sunt in ani-
ma passiūm, & affectionē note, cō-
ceptus enim obiectiuis, passio
seu affectus animi dici potest,
quia media cognitione intelle-

ctus datur tales. Hanc videlicet
sic ostendo, quia vox, si significat
naturam communē nō sig-
nificant illā a parte rei existentē
ergo prout est obiectiu in intel-
lectu, & si significat naturā par-
ticularē, & singularē illā signifi-
cat, quā aliquis cōcepit, quando
ad illā significandam vocem im-
posuit: ergo.

Hec omnia, quae de significa-
tione vocū diximus similiter
accommadari possunt nominibus
& verbis, nā nomē, cum sit vox
significativa ad placitū ut dice-
mus e. z. eodem modo significat
res, & conceptus sicut voces.

Sed est dubiū inter aliquos re-
cētores, vnde proueniat perfe-
ctio significationis vocis, seuno
minis, cū videamus vocē, seu no-
mē, eandē rē significantia perfe-
tius facere cognoscere omni, quā
alteri eandem rē, an scilicet hoc
proueniat ex impositione, qua
imponitur vox ad significandā
an vero ex audiēte, qui cōcepit
vocem ad intelligendam rem.

In quare quidā Neotericus af-
firmat vocē duplicitate cōsidera-
ri posse primo secundū q̄ habet
ex se ratione impositionis, &
hoc mododicitur significare ex
se, alio modo consideratur ut
actualiter significat aliquid alicui,
quā distinctionem dicit esse
Arist. in hoc c. illāq; probat, si de
prima loquatur (inquit) signifi-
catione, perfectio significatio-
nis sumitur ab intellectu eius,
qui imponit, quā distinctionem
dicit

Dicit esse Arist. in hoc c. illaque probat, quia haec prima significatio consideratur in voce antequā audiatur vox, ab aliquo, & imposita fuit atēta natura vocis: ergo tota significationis perfectionis ex impositione pēsanda est. Addit Navar., q̄ loquēdo de secunda significatione dupliciter etiā potest cōsiderari, vel in quā tu ex actiuā, quē procedit à voce & hac significatione sumit inquit suā pēfctionē ex perfectione cōceptus, quē habet de te ille, qui imponit vocē ad significandā illā. Ratio inquit est: nā vox ante quā audiatur habet ex se mouer, audiētē ad formādū cōceptū rei significatę, sed tūc non potest participare perfectionem ab audiēte: ergo ab imponente, alio modo potest considerari significatione illa secūda ex parte audiētis voces, quā vocat significationē positiā, & h̄c inquit participat perfectionē ex audiēte.

Dico tamen cum Patre Vazquez i. tom. i. par. disp. 2. perfectionem significationis vocis & nominis nō esse sumēdā ex conceptu loquētis, vel imponentis, sed ex audiēte, ita; quod vocē facere cognoscere īē perfectius nō prouenit, nisi ex modo cognoscēdi, quē habet, qui audit vox, & vt imprimis in pugnē, id q̄ dicit Navarrete falsum est distinctionē illā primā quā adduxit, esse Ar. cū Ar. talē mētionēde illā nō fecerit ut legēti patebit.

Secūdo falsum est vōcē esse sig-

nificatiā actualiter actiue ante quā audiatur ab aliquo quia, vt notauit pulchre Vazquez ex Henrico loco citato, voces nō significat aliquid loquēti, velim ponēti, sed tantum audiēti, quia signū est, q̄ præter speciē quam ingerit sensui aliq̄ aliud facit cognoscere, vox autē imponēti, illoquēti nō facit cognoscere rē, quia imponēs, vel loquēs, prius ipsam rē cognouit, vt imponeret vocem ad significandum illam alteri.

Tertio quia vox ex se ante quam moueat audientem, vel ab illo audiatur, non habet respectu cuius significet perfectionē, vel imperfectius, quia imponens, vel loquens ante significationem vocis, & post impositionem: vocis, eodem modo cognoscit rem: ergo vox ex se non est significatiā actualiter rē perfectiori modo, vel in perfectiori sed ex se tātum habet esse quendā sonū de articulatū aptū ad monēdū intellectum audientis nō quidē media significatione quam habet in se, vt dictum est, sed quia ille, qui audit scit ex usu hominum vocem, pro tali rē usurpat. Ex his: ergo formatur ratio nostra conclusionis, quia vox tantum significat audiēti, cum ipsi tantū faciat rem cognoscere: sed potest contingere vt audiens meliori modo rem intelligat, quam ille qui imposuit vōcem: ergo perfectio significationis

vis vocis ex audiēte est pensanda, quia scilicet audiens perfectiones sui intellectus cum adiuvamine vocis perfectius rē cognoscit. Et si contingat, quod aliquis melius intelligat rem per prolationē uocis ab uno, quam ab alio, hoc nō proueniet ex meliori impositione vocis, sed ex eo q̄ ille, qui vtitur vocibus ad rē explicandam pluribus, & expressioribus cōparationibus vtitur quam aliis: hæc tota differentia significationis ex audiētibus debet sumi. Nec melatet Nauarrete conare hæc omnia soluere suis distinctionibus allatis, quæ sane ambiguitatem generant, & doctrina tradita repellunt.

Nunc ad quæstionem rededo, si de significacione scriptura rum loquamur, dico, eodem modo loquendum esse consequenter, ac de significacione vocum: nam scripturæ nullo modo significant voces, nec cōceptus formales, quia in cognitionem illorum non faciunt nos deuenire,

[†] dico te nisi scriptura, quasi replete vocem & conceptum enodare vellimus, soluimus ergo scripturæ, loco vocum, & conceptum subrogantur, & ponuntur, cum voces, & res conceptas absentibus communicare non possumus, vnde scripturæ tantum significant, vt quod, & principaliter res conceptas seu conceptus obieciuos, vere ipsa expressos.

[†] dico voce, Si de significacione concep-

tuū loquamur affirmo cōceptus formales significare res ipsas quia sunt naturales similitudines illatum, res vero nullo modo significant, sed potius significantur cōceptibus, vocibus & scripturis, licet diuersimode, vt dicimus dnbiō sequenti, & si res aliqua vt domus ad extra facta facit nos venire in cognitionem idē artificis, quam habuit de ipsa domo hinc non colligitur res facere cognoscere vt signa, sed vt effectus naturalis suam causam significat, quia ad hoc, vt aliquid significet, vt signum debet sua natura ad hoc semper mouere, quod non habet res quæ est domus.

Ad argumēta Rubei in principio quæstionis posita respondeo, Ad primum ex Aristotele iam est responsum in. 4. conclusione quomodo sit intelligendus quando dixit, *sunt ea que sunt in voce, &c.* Ad loca Sancti Tho, respondeo esse intelligenda iuxta tertiam conclusionem, vocibus enim significare possumus conceptus formales, scilicet cōceptiones quādo illos alicui media voce, quasi reflexe enodate volumus. Ad tertium respōdeo, quod si quando loquimur volumus cogitationes explicare, tūc voces significant conceptum formale in alias autem tantum significabunt res Ad quartum respondeo, illo, solum probare, voces significare res existentes in intellectu, scilicet conceptus obiec-

objectiuos, non tamen quod significant conceptus formales.

Quæst. III. An voces, scripturæ significent naturaliter, vel ad placitum.

SI de vocibus, & scripturis loquamur dico primo, voces duplíciter posse comparari, & in ordine ad suū prolatorem, quomodo cōparantur, ut effectus illius, & sic significant naturaliter suā causam, scilicet prolatorem, sicut quilibet aliis effectus, vnde Arist. in hoc cap. nō dixit ab solute voces significare ad placitum, nam voces significant molestum, & iucundū, vt dixit Philosoph. Polity. 2. cap. 2. & tamē molestum, & iucundū non significant ad placitum, sed naturaliter: scilicet ergo Arist. dixit in hoc cap. Sunt, ea quæ sunt in voce carnum, quæ sunt in anima passionum nostræ, id est nomen, & verbum, quæ sunt in voce significant ad placitum cōceptus obiectiuos: alio modo possunt cōparari voces in ordine ad res, seu in ordine ad cōceptus obiectiuos, quos significant, & sic est cōmuni sententia, voces significare hæc ad placitū, imo idē affirmandum est de scripturis, ratio est vñica desumpta ex Arist. quia, quæ à natura cōueniunt ali cui rei, semper, & vbiq; illam se quuntur: sed voces, & scripturæ nō haēt séper & vbiq; significare rē determinatā, propter quod dicit Arist. voces non esse easdem apud omnes: ergo nō significant

naturaliter, sed ad placitum ex hominum quidem impositione.

Sed contra hanc cōclusionem, recentiores cōmuniter inculcare solent primo, hoc syllogismo in Barbara cōstructo. Omnis cōceptus significat naturaliter. Omnis vox, significat cōceptum: ergo omnis vox significat naturaliter. Consequentia est legitima antecedens est verum, vt illi cōdicemus minor est recepta: ergo & consequens.

Secundū argumentū est, quia lingua naturaliter ordinatur ad significandos animi conceptus per voces, tanquā per media: ergo etiam voces in hunc finē ordinatae sunt ex natura sua. Textio, quia nomini, & verbo, quæ sunt in voce, est essentiale significare, cum nomen definiatur ab Arist. c. 2. huius li, per hoc quod sit significatiū: ergo nomini, & verbo naturale est significare, nī hil enim est magis naturale, quā quod est essentiale.

Ad primū argumentum, varijs varia respondent: quidā dicunt cōsequens, nō debere colligi illa ratione, quia, vt docuit Villapand. 5. lib. sum. c. 18. quando maiori extremitas est in obliquo, etiam in conclusione debet poni in obliquo Vnde cōsequens debet colligi sic: ergo vox significat id quod est naturaliter significare. Hac tamen solutione relicta, cuius nolo iudicem esse, melius secundū nostram sententiā respondere, minorum esse saltem

quia voces non significant, ut di-
xi conceptus formales⁹, sed tan-
tum obiectuos, vnde nō colligi-
gitur quod, quia conceptus sig-
nificant naturaliter, etiam voces
debeant significare naturaliter.

Ad secundū resp. bene verū
esse linguā, palatus, & dentes, na-
turaliter ordinari ad exprimen-
dos animi cōceptus obiectuos,
cū in illis potētia locutia natu-
raliter insit, & etiā fateor mediis
vocibus illos enodare, tāquā per
media, nego tamē significationē
esse naturalē vocibus, quia sāpe
cōtingit prēcipue in huiusmodi
facultatibus sine aliquē esse natu-
ralē alicui facultati mediis verō,
quibus vtitur humana facultas,
non esse naturalē, quia talia me-
dia sunt arte fabricata: sic ergo
homo fabricauit sibi alias voces
in strumentis naturalibus, scilicet
lingua, &c. quibus vocibus non
est naturalis, sed ab impositione
prouenit significatio.

Ad tertīū resp. q̄ naturale su-
mitur dupliciter, uno modo pro-
ut distinguitur cōtra liberū, qua-
ratione cōceptus significat natu-
raliter, quia eorū significatio nō
pēdet ex libera impositione alte-
rius, & hoc modo nō est natura-
lis significatio vocib⁹, nominiq;
& verbo, licet sit essentialē: alio
modo sumit naturale, prout est
idē, q̄ esse iatimū alicui, licet ex
libera impositione pēdeat, & hac
ratione vocib⁹, seu nomini, & ver-
bo, cōuenit esse naturaliter significa-
re, quia ex impositione hominū

seu illa supposita, nō potest intel-
ligi nomē, aut verbū, quin signi-
ficet, & hoc q̄ diximus de signi-
ficatione vocū: dicēdū est de sig-
nificatione nominis, & verbī, ca-
dē enim est ratio vtrorūque. Si
de significationē cōceptuum lo-
quamur, fere oēs recētiores sine
distinctione, affirmat cōceptus
naturaliter significare, quia sunt
naturales similitudines rerum.

In hac re cū distinctione proce-
deadū est: nā conceptus duplex
est vlnus vltimus aliis nō vltimus
cōceptus vltimus, est conceptus
recētis significatē per vocē, nō vlti-
mus est cōceptus vocis significā-
tiōē, vnde si vox nihil significet
vBolityri cōceptus illius erit vI
timus, & licet Bolityri significet
prolatorē illū tamen nō signifi-
cat, vt vox, sed vt effectus na-
turalis suā causam, cuius distinctio-
nis meminit Villalpand. 2. p. lib.
sum nūl. cap. 2. & nos ibidem.

Hoc supposito dico primo con-
ceptus vltimus naturaliter signi-
ficat. In quaē clusiōne oēs cōue-
niunt, & ratio huius est, quia est na-
turalis imago obiectū: ergo signi-
ficat naturaliter. Secūdo, quia cō-
ceptus sunt idē apud oēs (vt di-
xit Arist. in hoc cap.) ergo signi-
ficat naturaliter, quæ propositio
ita debet intelligi, nō q̄ meus cō-
ceptus sit idē numerō; vel in spe-
cie, vel in intellectu alterius, hoc
enī falsum est, eo q̄ in diuerso
intellectu, diuersus numero cō-
ceptus est, imo de eadē re pōt es-
te diuersus in specie, quia de ea-
dem.

dem propositione, possunt esse diuersi cōcepti in specie, sed ita debet intelligi propositio, q̄ cōceptus sint idē apud oēs in significatione, eo q̄ si meus cōceptus idē in speciei, diuersus tū numerō sit in alio intellectu, significabit idē ex natura sua, q̄ apud me significabat absq; impositione, alias nō erit idē, vox vero in significatione non est eadem apud omnes, quia potest eadem manens aliter significare.

Dico secūdo cōceptus non vltimus, vt ex ejus definitione vidimus, duo significat, & vocē, & ipsam rē, quia est vocis significatio rem, vnde si conceptus nō vltimus comparetur in ordine ad vocem, significat naturaliter vocem, in quo omnes conuenire debet, quia est naturalis similitudo vocis.

Dico tertio, cōceptus nō vltimus, si cōparetur in ordine ad rē significat ad placitū, quā coniunctionē hac sola efficaci rationē ostendo, si vox homo significato nōc per conceptū, non vltimum ex impositione mutetur ad significandū leonē, certe cōceptus eodē modo significabit vocem, & tamē conceptus non significabit rē, quā antea significabat, alias si variata voce conceptus, eo dē modo significarent rē, sequeretur, quod ille cōceptus respectu rei iam esset vltinus, quod nō est dicendū: ergo conceptus ille non significaret iam rē, atq; adeò ad placitum significabat,

quia cecidit à sua significatione, eodem conceptu manente.

Hoc argum. facile vīsum fuit aliquibus: & ita respōdent cōceptum manere eundē, manere tū falsum. Sed hęc solutio, vel verba tantū continet, vel nostrā sententiā confirmat: nā si cōceptus manet idē plane semper significabit vocē, quia est naturalis similitudo vocis, & respectu vocis nō manet falsus, & si respectu rei manet falsus, ideo est, quianō significat illā, nā si significaret illā verus esset, quia esset eōformis: ergo si est falsus, quia nō significat rē, iā significabat ad placitū illā, eo q̄ cecidit ab illi³ significatione.

Secundo alij respondēt, concep̄to nō manere eundē, eo q̄ mutata vocis significatione mutat cōceptus vocis, & corrūpitur, diuersisq; conceptus formatur in specie, quādō vox mutatur à significatione unius rei in aliā. Sed neq; hęc placet, falsum enim est cōceptū vocis mutari, mutata significatione illius, quia in voce, & reperitur ratio soni dearticulati, & reperit significatio, quę est relatio rationis, ratio tñ soni dearticulati est quædā realitas, ex his probō cōceptū nō mutari, etiā si mutetur significatio, quia cōceptus est naturalis similitudo vocis, & nō est quidē similitudo naturalis illius relationis rationis, quę est significatio, quia ens rationis nō significatur per conceptū realē, nisi fortasse, quando conceptus aḡ medium entis realis,

quod non habet conceptus non ultimus, quia tantum est similitudo soni de articulati: sed vox in ratione soni dearticulati, semper manet, etiam si significatio varietur: ergo conceptus debet manere, idem mutata significatio ne vocis: sed tunc non significabit rem, quam antea significabat: ergo ad placitum significabat.

Ex quo sequitur, quod si vox significans rem, ex impositione hominum nihil significet, tunc conceptus non ultimus, qui formatur de voce cum mineat idem non manet in ratione conceptus non ultimi, quia iam non est conceptus vocis significantis rem, sed est conceptus ultimus, unde de nominatio conceptus non ultimi, vel significatio, aut representatio, quam habet conceptus non ultimus, respectu rei significata per vocem, non est realis, sed aenam relatio rationis, qua varia potest, variata significatio vox, aetius impositione prouenit, quod ille conceptus vocis respectu significatum per vocem, & huc de significatione.

Disput. II. De conceptu, seu verbo mentis.

Licet de verbo mentis, plura dicemus 3. lib. de ani. aliqua breuiter de verbo mentis, seu de conceptu dicemus, ut typis notum sit, quid intelligit Aristot. nomine conceptus, qui m significari per vocem di-

xit, de qua re etiam tractat Doctor quidam Valentinus, nomine Pla, disput. 2. super hoc cap.

Quæst. I. An detur conceptus seu verbum mentis, Quid sit.

Sclusa ratione verbi, prout significat tertiam partem orationis, & à nomine distinguitur, verbum ut sic in communi, sic definiri potest. Est similitudo, seu significatio alicuius rei producta per actionem vitalim, quam su locatio, secundum quam definitionem excluditur aratione verbi res obiectio, seu conceptus ab intellectu seu scienti, quam aliqui in proprio verbum appellarunt, verbū ergo hoc modo explicatum multiplex est, aliud est verbum vocalē, aliud verbū imaginationis, & aliud verbum mentis. Verbū vocale, est sonus profectus ab animali, cum intentione aliquid significandi, ut dixi dispi. dub. 2. quod verbum proprium est verbum, quia locutio vocalis, vere, & proprium est locutio, & quia est manifestatio rei concepti: ergo terminus penillam productus vere est verbum.

Neq; ex hoc sequitur scripturas esse verbum, quia scriptura non sicut producta per verā locutionē, que sit actio vitalis, verbum imaginationis est idolum, seu species expressa producta per actū vitalem representans obiectū. Et quod huc sit proprium verbum probatur, quia actio

³ Etio illa, per quam producitur hæc species expressa est vera locutio: ergo manifestatio aliquius rei ad alterum: ergo est proprius verbum.

Quod si aliquis querat, an species expressæ sensuū externorū, dicatur verba: respōdeo quæstio nem esse de nomine, si tamen in rigore loquamur, nunquam Philosophi consuevere illas appellare verbū, quia hoc debet esse productū per actionem, quæ sit vera loquutio, qualis nō est actio sensus externi, ita proprie sicut actus imaginationis. Verbū mētis vere, & proprie est verbū alias enim Verbū Diuinū, productum per actus intellectus diuini, non esset verbum proprie, vt dicitur Ioannis 1. In principio erat Verbum. Et probatur, quia species expressa, intellectus est producta per actionē intellectus, quæ est vera loquutio ergo: hoc ergoverbū sic definitum dicitur cōceptus, quia ex accessu, & permixtione potētiae, cū obiecto medio se mine illius, scilicet medias specie intelligibili, potētia fit grauida, & cōcipit paritq; postea notitiā quandā, puz dicitur conceptus, seu verbū, ex quo ortū fuit commune illud axioma Augusti. Ex obiecto, & potentia paritur notitia. Ad do quod terminus produc' per actū voluntatis, nullo modo dicitur verbū, quia ille actus proprie nō est loquutio, nec terminus illius est manifestatio, alijs lequeretur, quod terminus pro-

ductus per actū voluntatis Diuinæ, qui est Spiritus Sæctus dicitur Verbū, quod est hæreticū, solū ergo terminus produc' per actū voluntatis dicitur pōdus, quia cum illo sicut pōdere quodam tendit voluntas in obiectū.

Hieronymus Pla, vir doctissimus laborat multū, an verbū proprie dicatur de verbo vocali, vel magis proprie de verbo mentis. Circa quod dico nomē Verbum primario, seu primo fuisse impositū ad significandū verbū vocale, in qua prioritate hec erat falsa propositio, termin' intellectio nis, siue Diuine, siue humane esse Verbum, quia tunc nō supponebat, pro Verbo diuino, vel humano, cū adhuc in illopriori, illa nō essent cognita, nec essent significata illo nomine: ergo illa propositio erat falsa, tñ, cum res spirituales, seu diuinas cognoscat homo in ordine ad res creatas corporeas, postea impositū fuit hoc nomē, ad significandū verbū mētis, seu Verbū Diuinū, vnde post quā homines cognoverūt terminum productū per intellectū Diuinum, & humanū, mutata fuit suppositio illius nominis Verbum & iā principaliter supponit pro Verbo intellectus, analogice vero pro verbo vocali, sicut sapientia primario significabat antea sapientiā creatā, postquā homines cognoverunt sapientiā Diuinā, mutata fuit suppositio illius nominis, & iam supponit primario pro sapientia increata, analogice

vero procreata, quæ doctrina colligitur ex D. Tho. i. p. q. 13. art. 3. & 6. vnde perfectius dicitur verbū de verbo metalli quā de aliis, quia est quid spirituale, perfectioriꝝ modo repræsentat res.

Circa secundū quod, inquirit questio notādū est, in intellectu & esse ipsam potentia, & specie intelligibilem productā ab intellectu agenti medio phantasmatē, & est actio, qua producitur terminus quidā, & est ipse terminus productus (sicet sit dissensio, ut dicemus posita, an iste terminus & actio distinguantur) & est res cognita, seu obiectum cognitū & habitus.

Primo certū est cōtra Aureolū relatum à Durand. in 1. dist. 2. 7. q. 2. verbū mētis nō esse obiectū cognitū, ratio est, quia verbū mētis est illud, quo loquimur, seu dicim⁹, vel intelligamus aliquid sed res cognita nō est id quo loquimur, vel intelligimus, sed potius est res intellecta: nā si intellectū interrogemus, quid intellectū non respōdet intellecti verbum, sed intellecti rem, vel lapidem, vel aliam rem, ergo res intellecta non est id quo, sed id q̄ intelligitur ergo non est verbū. Dico secūdo, nec verbū est species intelligibilis ratio est, quia medio verbo, qualī actu secūdo redditur potētia loquēs vel intelligēs: sed potētia nō redditur intellectus in actu secūdo, per speciem intelligibilem, sicut, neq; visus redditur, vidēs in actu secundo, per

specie impressam coloris, sed tam in actu primo: ergo verbū nō non est species intelligibilis. Et clavis probatur verbū nō esse habitus intellectualis, quia verbū est cito trāiens, tantumq; durat, quantū potentia tendit in obiectū, sicut habitus sunt permanentes, ab illisq; locutio, & intellectio multoties procedunt: ergo verbū q̄ est, vel ipsa intellectio, vel terminus intellectus nō est habitus intellectualis, & hinc colligīt nō esse potentiam ipsam, quia verbū ab ipsa potētia loquente procedit, ergo distinguit ab illa.

Dicō tertio, verbū mētis nō est actio formaliter, cuius contrariū solus Durādus docuit, in 1. dist. 27. q. 2. n. 26. & 27. dicens actu in intellectus per essentia esse verbū, omnes enim alii authores, Philosophi, & Theologi, affirmāt verbū mentis produci per actionē quadā licet inter ipsos sit dissensio, an ista actio distinguit rea literā suo termico, qui est verū, vel solū formaliter. Probatur ergo, quod verbū formaliter nō significatio, quia verbū seu conceptus est simili tuto obiectū, quæ tantū circa obiectū versatur immedia te: sed actio nō potest esse simili tuto formaliter, immo tantum est via immediate tendēs in verbū, mediate vero in obiectum: ergo maior ab omnibus amplectitur, & minor probatur, quia, vt diximus intellectus circa cap. de qualitate, proprium est qualitatis, vt ab ea res dicātur similes, vel disimiles.

similes: ergo actio formaliter non potest esse similitudo: ergo neque verbū mētis, ex qua ratione colligitur, actum vitale, & termini suum, debere ad minus ratione, seu formaliter distingui.

Dico ergo verbū mētis, est en titas quedā realis, de p̄dīcamēto qualitatis, quae sit formalis similitudo obiecti, habeatq; origi nē adicēte, seu ab intelligēte. Vn de verbū hæc duo includit, primo q̄ sit significatio, vel similitudo obiecti, secundo q̄ procedat ab alio sicut à dicēre, vel laquente. Quod colligitur plane ex S. Tho. t.p.q.34.art.1. & ex Augus. 5.de Trin.c. 13. neque ex hoc quod verbū includat in se procedere ab alio, sequitur, quod verbū formaliter sit dictio, seu origo, sed tantū colligitur, q̄ ex sua natura, petat procedere ab alio, actione realiter, vel formaliter diuersa.

Dico ergo vltimo pro his, quæ dicēda sunt verbū producit media actione à se diuersa realiter si cut modus distinguitur à re, & q̄ distinguat realiter docet Bañez 1.q.27.art.1. Zum. q.5. Canarien. & Capreol. licet ibi authores p̄tēt in actionibus transeuntibus actionē, non distinguat realiter à suo termino, quia nō videtur cō sequēter dictum: probatur ergo nr̄a cōclusio, quia à parte rei actio est id, quo aliud est: ergo à parte rei terminus est aliud ab actione, alias actio nō esset ante intellectū, id quo aliud est: ergo distinguuntur realiter; sed actio

est modus termini: ergo distincti, sicut modus à re.

Ques. II. Vtrum intellectio consistat in actione, vel in termino actionis.

Difficilis, & grauis est quæstio de qua dicendū est à nobis in selectis, super 3.lib.de anima, quia tamen disputatio de verbo mentis mutila nō maneat, ea que anexa sunt illi, breuiter dicemus in hoc loco.

Prima sententia est, intellectio formaliter (& id est de operatio nibus aliarū facultatū cognoscitū uarū, v̄tvisionis, &c.) cōsistere in actione productiua verbī. Verbū autē, nō requiriad intellectio nisi vt aliquid, se tenēs ex parte obiecti, ita vt vbi obiectum sit à proximatū sufficiēter, nō detur verbū, ita tenēt, qui putat, in visione Dei, à Beatis non produci verbū, neque per cognitionē sensitiā produci terminū, quorum unus est Zumel. t.p.q.27.art.1. Bañez ibi, dub. 1. illamq; expresse insinuat Hieronymus Pla, super hoc cap. disp. 2:q.2. Quod autē intellectio in actione consistat, probatur primo ex Aris cōcl.de actione, vbi dolorē, & tristitia, numerat inter actiones, & 10. ethic.c.3. docet operationes virtutū nō esse qualitates: sed dolor, tristitia, & operationes virtutū sunt actus potentiarū appetitiarū, & cognoscitivū: ergo si haec sunt actiones, similiter intellectus. Secundo, quia intellectio actio

est omnia autē actionē diuisit. Aris. in inmanentē, & transuen-
tē; sed transiens est actio de p̄-
dicamento actionis: ergo & im-
manentens, sub qua cōprehenditur
intellectio. Tertio, quia intelli-
gere est aliquid mētāliter dice-
re, seu loqui: sed h̄c cōcurrunt
dicunt actuū ergo, Alia argumē-
ta adduci dōssunt pro hac sentē-
tia, quā postea contra nostram
senteniam adducemus post ter-
tiā conclusionem.

Secūda sentētia est intellectio
nem cōsistere in vtroq; scilicet,
in actione productiuā verbi, &
in ipso verbo, quā sentētia recē-
ter excitata est à recentiori-
bus nostrā Scholā, illamque ex-
presse nullus antiquorū ex his,
qui typis scripta dedere insinua-
uit, licet ab ali quibus citetur. O-
lina. r.p. q.27. art. 1. disp. 8. col.
11.13. & q. 12. art. 2. disp. 1. conc.
5. Nollo tamē immorari, an Mo-
lina hoc docuerit. H̄c sentētia
probabitur ex refutacione aliarū
quia intellectio nō cōsistit in so-
la actione: vt dicemus in 1. con-
clusionē, neq; etiā in solo termī-
no, vt constabit ex argumentis,
quā proponemus contra tertīā
sentētia: ergo in vtroque. Secū-
dum fundamētū à priori est in
hac sentētia, quia ex una parte
requiritur terminus, seu verbum
propter representationem, & ex
alīa parte requiritur actio ad vi-
talitatem, quia vitalitas intel-
lectionis, non potest in solo termī-
no res, vt dicemus postea ergo.

Tertiā sentētia est intellectio
nem, in solo termino actionis in-
tellectus cōsistere, ita tenet Sco-
tus in 1. dist. 3. q. 8. & in 3. dist. 1.
& in 4. dist. 49. Vega lib. 6. in Tré-
dent. c. 8. Victoria, relatus à Me-
dina 1.2. q. 3. art. 2. Soncin. 9. Me-
taph. q. 21. Iauel. q. 7. Paludan. in
4. dist. 44. q. 7. & dist. 49. q. 1. Ca-
preol. in 2. dist. 37. q. 1. Caietan.
1. par. q. 79. Valentia 1. par. disp.
4. q. 2. punct. 3. & disput. 1. q. 12.
punct. 3. est expressa sententia S.
Thomæ 1. par. q. 34. artic. 1. ad 3.
Durand. in 1. dist. 27. q. 2. Do-
&issimus Vazquez 1. par. tom. 1.
disput. 38. num. 5. & 24. & h̄c
sententia nobis est probabilior.

Dico primo cōtra primā sent.
intellectio nō potest cōsistere in
sola actione productiuā verbi, ra-
tio est, quia intellectio, seu cog-
nitio, est similitudo obiecti. Ber-
go actio solanō nō est intellectio: cōtio nō
maior probatur ex August. 5. de est si-
Trin. c. 13. & S. Tho. loco cit. & militu-
principue ex Ansel. in monolog. do ob-
c. 31. dicēti nō posse negari cog-
nitionē esse similitudinem, ratio
est, quia cognitio, est id quo ali-
quid cognoscitur: ergo dicit ha-
bitudinē ad illud: hoc est repræ-
sentare: ergo: vnde nō bene dixit
D. Pia dū 1. loco, vt q. 2. concl. 3.
affirmat intellectiō nō esse si-
militudinem obiecti, minorē nři
syllogismi cōcedūt Zumel, & Pia
& probatur. Quia actio, vt actio
nō pot est similitudo obiecti: nā
hoc est propriū qualitatis, vt se-
cundum eā dicamus similes, vel
dissi-

disimilis ergo & confirmatur, quia sicut fieri caloris non est calor, ita neque fieri similitudinis non est similitudo: sed actio est productiva verbī, quod est similitudo: ergo actio non est similitudo: ergoneq; intellectio.

Dico secundo contra secundam sententiam intellectio non in utroque, sed in solo verbo consistit. Ratio est prima quia si secludamus existere verbū in intellectu, tunc per illud intellectus intelliget ergo, antecedens probatur, quia verbum est formalis, & naturalis similitudo seu significatio obiecti: ergo faciet cognoscere obiectum non significare, ut diximus, est rem referre potentiae, seu facere cognoscere, causa enim formalis est ipso quod se exhibet ipso causat effectum: ergo eo ipso quod verbum est in intellectu representabit obiectum intellectui, quia est formalis representatione obiecti.

Ad hoc respondent authores multipliciter, quorum solutiones, quia facile impugnari possunt in vtile iudicium illas referre, & refutare. Quidam ex doctioribus defendens secundam sententiam responderet, tunc verbum representare: si tamen secludamus actionem vitalē, non representare vitaliter, & ita non faciet cognoscere. Sed non placet, quia si representat, quomodo docunque sit debet significare: ergo debet facere cognoscere.

Secundo, quia actio non trahit maiorem representationē verbo, eoquod representatio est illi naturalis, & anullo extrinsecè medicaram. Tertio quia si secludamus à subiecto actionem qua producitur calor, adhuc calor redet subiectū calidum suumque effectum illi tribuit, quia formaliter est calor: ergo cum verbum sit formalis similitudo, & representatione obiecti, etiam seclusa actione debet tribuere potentiae suum effectum scilicet facere cognoscere.

Secundo probatur nam tota ratio propter quam authores secundae sententiae præter verbum requirunt actionem ad rationem intellectio est vitalis, & vitalitas in actione debet consistere: sed hæc ratio nihil probat: nam licet verum sit, quod intellectio includat vitalitatem, tamen vitalitas non solum reperitur in actione, sed etiam in verbo reperitur, & quod vitalitas reperiatur in verbo seclusa actione sic probo: primo, a priori, ut dicemus in tertia conclusione, & secundo a posteriori, nam si in verbo non est vitalitas, sequitur nullam esse differentiam inter verbum & præsentiam localem productam per motū progressuum vitalem, quia seclusis actionibus, nec in una, nec in alia est vitalitas: sed hoc nullus concedet ergo.

Ad hoc respondent authores secundæ sententiaz differētiam inter verbum, & præsentiam localem, eam esse, quod licet neutra sit vitalis, tamen terminus actionis vitalis immanētis cognoscitiae ex natura rei semper postulet produci per actionem vitalem, & cum concursu potentiae vitalis, secus vero est de præsentiali locali, quæ à principio non viuenti potest procedere. Sed non placet: nam ex hoc ipso colligo verbum habere ratione sui vitalitatem, sicut ideo dicimus aliquam actionem esse vitalem, quia natura sua petit procedere à principio vitali, ergo si hoc ipsum petit verbum, etiam habebit vitalitatem, et si recte quidem colligimus, præsentiam non habere vitalitatem, quia potest procedere à principio non viuenti, recte colligemus etiam verbum habere vitalitatem, quia semper petit procedere à principio vitali: nam sicut negatio est causa negationis, ita affirmatio est causa affirmationis.

Ex hoc colligitur primo, intellectiōnem non esse actionem de prædicamento actionis, sed qualitatem, dicitur tamen actio grammaticalis, quia nihil producit, sed tantum significatur per modum actionis, eo quod per illam qualitatem tendit potentia in obiectum, si ciat esse armatum significatur

per modum actionis, licet non sit actio.

Secundo colligo, quod intellectio requirit actionem præuiam, non in quantum intellectio, sed quia cum sit qualitas, & terminus intellectus per actionem debet produci. Interrogabit tamen aliquis. Si intellectio non est actio, sed solum in receptione verbi consistit, quomodo intelligitur id quod Philosophi communiter dicunt ad intellectiōnem requiri connatum, & vitalitatem quia connatus, & vitalitas actionem includunt. Ut ergo clarius respondeamus.

Sic tertia conclusio, in parentia duplex est connatus, & duplex est vitalitas, primus connatus & vitalitas est actio ipsa, quia producit potentia verbum, seu speciem expressam, vel conseruat illam, & hæc actio immediate tendit tantum in verbum, ut in terminum productum, & cum hæc attentio, seu vitalitas consistat in influxu per illam, si nimis intensa sit impeditur anima ab alijs operationibus, & hic connatus dicitur vitalis, quia procedit à principio vitali, & modo vitali, alias est connatus, quo potentia immediata tendit in obiectum, & hic connatus est ipsum verbum mentis, quia cum hoc sit similitudo obiecti medio illo, quasi computatur intelligere obiectum

jectum, eo quid tendit in illud, iste ergo connatus non est actio, neque impedit animam ab alijs operationibus, quia consistit in sola receptione, & licet verum sit, quod dum intellectus intelligit impeditatur anima ab alijs operationibus, hoc non prouenit formaliter ex intellectione, sed ex actione, qua intellectus conseruat, vel producit verbum, quo intelligit, quod si per possibile, vel impossibile intellectus haberet verbum absque productione, & conseruatione potentiae in verbum, sane intellectus intelligeret, non tamen illa intellectio impediret animam ab alijs operationibus, quia iste connatus non est influxus, dicitur tamen iste connatus vitalitas, quia iste connatus est terminus intrinsecus potentiae immanens, medio quo tendit potentia in obiectum modo vitali, scilicet peculiari ratione cognoscendo, quæ doctrina valde neganda est pro solutione argumentorum.

Sed contra nostram sententiam argumentantur acriter, ut ipsi putant authores secundæ sententiaz, quia intelligere est status vita, non primus, sed secundus, sed hic status includit actionem ergo: minorem probant, quia intellectio includit attentionem, attentionem

tamen includit actum, quia per attentionem impeditur anima ab alijs operationibus, quod non potest fieri, si attentio in sola causalitate materiali consistat: ergo: ad hoc argumentum respondetur negando minorem prioris syllogismi, nam intellectio licet petat actionem antecedenter non tamen in sua ratione formali includit actionem. Ad probationem respondeo verum esse intellectiō nem includere attentionem, tamen attentionem, quæ includitur in intellectione non est actio realis, nec impedit animam ab alijs operationibus ex se, sed tantum ratione actionis, quæ sit, vel conseruat intellectio, vt diximus in tertia conclusione.

Secundo argumentantur, quia intelligere est status vita: sed ratio vita non interminio, sed in actione consistit: ergo: minorem probant, quia in alijs actionibus, vt in motu augmentationis, ratio vita tantum consistit in actione, & non in termino, scilicet in quantitate, quia quantitas eadem potest produci à principio non vitali, ergo in ipsa non est vita: ergo neque in termino actionis immanensis scilicet in verbo: unde in verbo non potest consistere intellectio.

Ad hoc respondetur negando minorem

norem prioris syllogismi, & ad probationem respondeo verū esse vitalitatem augmentatio-
nis tantum esse in actione, & nō in termino, at vero in actioni-
bus immanentibus vitalitas nō solum in actione, sed etiam in
termino reperitur, cuius rei ratio sumitur à posteriori: nam cū
videamus quantitatem eandem numero quæ reperitur & sit à
viuenti per actionem vitalem, eandem esse, & fieri à non viue-
tibus signum est in quantitate non esse vitalem, cum terminus
actionis vitalis immanens sit terminus intrinsecus potentia-
vitale, in illaq; recipiatur sem-
per, immo semper petit ab illa
producit, ut contrarij concedūt
& cum illo medio termino ten-
dat potentia in obiectum mo-
do vitali scilicet cognoscendo
quod non habent res in anima-
tæ, etiamsi in illis recuperetur
terminus actionis immanentis,
scilicet verbum, hinc colligo
in isti terminis esse vitalitatem
non vero in alijs.

Tertio argumentor, qui avt
diximus dubio præcedenti, ver-
bum includit in se repræsen-
tationem, & originem ab alio. sed
verbum est intellectio: ergo in-
tellectio includit originem, seu
actionem. Ad hoc responde-
tur verbum includere originē
non quidem actualem, sed quia
natura sua petit cum sit vitalis
originari, seu oriri à principio
vitali, sicut actio vitalis petit es-

se à principio vitali, licet pricci-
pium vitale in ratione actionis
non includatur.

Ad argumenta primæ sen-
tentiae facilis est solutio. Ad pri-
mum locum Aristotel. respon-
deo per actiones nō intelligere
actiones de prædicamento actio-
nis sed tātu actiones grāmatica-
les. Ad secundū locū respondeo
q; quādo dicit operationes vir-
tutē non esse qualitates, debet
intelligi de qualitatibus perma-
nentibus, sunt tamen qualitates
transcantes, quæ tantum durāt
quantum durat actio, qua pro-
ducuntur, vt diximus cap. de
qualitate.

Ad locum Aristotel. respo-
deo Aristotelem illa diuisione
tantum diuisisse actionē de pta
dicamento actionis, nō tamen
actionem grammaticalem, qua-
lis est intellectio. Ad tertium
respondetur intelligere esse ali-
quid mentaliter loqui, negan-
dum tamen est hæc dicere con-
cursum actuum, sed solum di-
cunt concursum grammatica-
lem.

Sed contra nostram opinio-
nem, quinto, authores secundæ
sententiae argumentantur, quia
si in sola receptione consistit in-
tellectio formaliter, sequitur q;
si intellectus cum suo verbo se-
paretur ab anima, quod solus
intellectus absque anima dica-
tur intelligere, & loqui. Sequel-
lam probant, quia intellectio in
sola receptione verbi consistit,
sed

sed receptio verbinon dependet à receptione & causalitate materiali animæ, sed immateria à solo intellectu pendet, quia in illo, ut quod subiectatur, sicut accidentia immediate in quantitate separata, ut quod inherent naturaliter, quod non posset esse si receptio accidentium à substantia pederet, ergo.

Pro solutione argumenti dico primo intellectus separatus, verbum non posset producere, etiam si haberet speciem intelligibilem, quia productio verbi cum sit actio vitalis non solum petit esse ab intellectu, sed etiam ab ipsa anima, quæ est primum principium vitale.

Addo secundo quod si in intellectu separato Deus producere verbum, & post productionem Deus in conseruazione illius non suppleret concursum animæ, sane solus intellectus non poterit conseruare illud verbum, & per consequens, neque intelligere, quia sicut prima productio naturalis verbi dependet ab anima, ita & naturalis conseruatio ab anima pendere debet.

Dico tamen tertio, quod si Deus in intellectu separato produceret verbum, vel iam productum conseruaret illud, suppledio concursum vitalem animæ, vel intellectus, sane intellectus intelligeret, quia haberet obiectum proportionatum sibi me-

dia similitudine obiecti.

Dico quarto voluntas separata non amaret, neque appetitus separatus appeteret, etiam si intellectus, & alij sensus separati exercent suas actiones, ratio differentia est quia voluntas, ut operetur, debet esse in obiectum cognitum, & appetitus in obiectum sensatum: ergo voluntas peti intellectum erradicatum in anima non quia actio animæ requiratur essentialiter ad actum voluntatis, ut aliqui dicunt, sed quia voluntas non potest moueri ab obiecto cognito per intellectum separatum propter connexionem essentialis istarum potentiarum alias sequeretur voluntatem unius posse moveri ab obiecto cognito per intellectum alterius: ergo voluntas, ut operetur requirit unionem intellectus: sed hec unio non potest intelligi nisi sit ambo in anima: ergo eadē est ratio de appetitu, intellectus vero, & alij sensus ad suas sensationes essentialiter tantum requirunt similitudines formales obiectorum quas si habeant etiam si potentiae sint separatae, sentient.

Ex his omnibus colligo, etiam distinctionem esse ipsam expressam qualitatem, quæ est intellectio obiecti, & dicitur dictio non sui ipsius, sed rei significatae per ipsam, quia sicut verbum mētis dicitur intellectio, non quidem sui ipsius, qui ip-

sum non intelligitur, saltem actu directo, sed dicitur intellectio obiecti, ita ipsum verbum est dictio obiecti, & ita sicut dicitur obiectum cognitum, ita dicitur dictum per dictione, quae est qualitas, seu verbum, unde interroganti quid dixisti in mente non respondimus dixi verbum, sed dixi lapidem, sicut interroganti quid intellexi si respondeamus, intellexi lapidem.

Quæstio. III. Virum intellectio possit produci à Deo solo.

In hac re communis sententia nominalium affirmat intellectu posse fieri a solo Deo, qui diuisi sunt, quidam affirmant de facto in patria Deo produere in Beatis visione beatificam & per illam beatos intellegere, ita Palud. supradictatus, & alij quos refert Molin. 1. par. quæst. 12. art. 5. dist. 1. Secundo alij Docent de facto in via aliquas illuminationes, & spiratio nes produci à Deo in nobis sine nobis, id est sine concursu potest vitalis, ita tradit Vega lib. 6. In Trid. cap. 8.

Tertio alij nobiscum putant intellectum in solo termino consistere, dicunt talem terminum posse produci à solo Deo, ita Scot. in. 1. dist. 3. q. 8. & sape alibi Thomistis idem docet Ca-

preol. in. 2. d. 37. q. 1. ar. 3. Palud. in. 4. d. 49. Valent. 1. p. d. 4. q. 2. puncto 3. & colum. 32.

Quarto alij dicunt qualitatē intellectus, seu sensationem posse fieri à Deo in ratione qualitatis, seu accidentis, non tam in ratione similitudinis, seu intellectus, vel sensationis. Ita tenet maior in. 4. d. 12. q. 1. & d. 49. q. 9. Holcot in suis determinationibus q. 8. nu. 2. Bañez. 1. p. quæst. 12. art. 5. dub. vlti. Zumel in eodem ar. q. 2. ad. 3.

In hac re dico primo emnes authores qui affirmant intellectum in duobus consistere scilicet in actione potentiæ, & in termino, necessario affirmare debet intellectum non solum fieri à solo Deo sine potentia, quia intellectus petit concursum potentiarum, in quo secundum ipsos est tota vitalitas intellectus, & licet quidam ex his potentibus mentis posse fieri à solo Deo, ideo est, quia secundum ipsos intellectus in solo verbo non consistit,

Dico secundo in opinione assertentium intellectum consistere in sola actione, etiam probabilius dicendum est intellectum non posse fieri à solo Deo, quia omnes authores affirmant vitalitatem esse etiam in illa actione: sed actio vitalis specificatur à principio vitali: ergo non potest esse à solo Deo.

Dico tertio, siue intellectus consistat in actione, siue in solo termino, siue in utroq; omnino est

est improbabile affirmare de factu datur intellectu sine concursu potentiae, taliter quod sit a Deo solo, quis licet hoc de potestate absoluta posset fieri, tam negari non potest, quim actus naturalis potentiarum ex natura rei effectu ab ipsis potentibus in modo de actibus supernaturalibus hoc est magis verum ut docuit Trident sect. 6, conclusione. 4. nec enim est connaturalis modus operandi, qd Deus se solo faciat hoc, praeceperit; quia in actibus liberis hoc non potest intelligi, cum libertas in efficientia consistat. Cui doctrinæ fauit Arist. cap. de actione, &c. 9 M. ta. tex. 26, posuit actus immanentes, & de ratione actus immaterialis est qd subiectetur in ea a quo proficit, ergo non possunt esse a Deo solo, immo addo, quod in quacumque opinione, et etiam in nostra in qua a seimus intellectu ne in solo verbo consistere, si Deus solus produceret verbum in intellectu, & post productio nem relinqueret Deum res suæ naturæ non posset intellectus intellegere absq; concursu actiuo, quo intellectus conseruaret verbum productum a Deo, quia verbum mentis talis naturæ est, cu vitale sit, ut dependeat ex tua natura in fieri, & conservari a potentia.

Dico quarto falsum est dicere posse Deum producere intellectu seu verbum in ratione accidentis seu qualitatis, & non in ratione si-

militudinis seu intellectionis. Ratio est, quia ratio similitudinis includitur in intellectu in ipsa qualitate, quæ est verbum, & in ipso accidenti, quæ est intellectio implicat ergo unum sine alio produci. Sicut non potest produci albedo in ratione qualitatis, quæ producat secundum rationem albedinis, & econtra: ergo. Dico quinto intellectio in quo cùq; constat non potest fieri a solo Deo, & in alijs opinionibus magis notum est (vt diximus). 1. & 2. conclusio in nostra autem, in qua asservimur intellectu in solo verbo constare est magis difficile: in eata hoc debet esse certum intellectu, ac per consequens nec verbum mentis a solo Deo non posse fieri. Ita tenet Vazquez. 1. 2. d. 9. c. 5. immo ex authoribus, qui putant in intellectu, non constare nisi in actione, aliqui existimat verbum non posse fieri a solo Deo. Ita tenet Zumel. p. q. 27. ar. 1. q. 5. & Vanez in eodem ar. Probat: ergo nostra conclusio scilicet intellectu, sed verbum mentis non posse fieri a solo Deo, primo quia amor qui est actus voluntatis non potest procedere a solo Deo: ergo nec in intellectio consequitur, et legitimi quia non est maior ratio unius, quam alterius. Antecedens probatur, quia amor in intellectu licet secundario est voluntarius, nihil enim est magis voluntarium, seu consonum voluntati horum, quam amori: sed de ratione voluntarij,

tarij est quod procedat à principio int̄ inseco: ergo non potest procedere à solo Deo: ergo nec intellectio.

Secundo, quia verbum mentis licet sit qualitas realis est tamen vitalis, quia est terminus intrinsecus potentiae vitalis in illaque immanens, & petens natura sua procedere ab illa, & representans, seu faciens cognoscere modo vitali, quid ergo deficit verbo mentis, ut vitale sit? cum ergo nihil deficit dicendum est petere ex se procedere à principio vitali: ergo non potest esse à solo Deo.

Contra hanc conclusionem unusquisque nominalium militare contendit, quorum argumenta adducit Molina supracitatus, que ego non refero, nihil enim habent efficacitatis nihil que doctrinæ. Alij vero difficilius se opposunt nobis, primo, quia Deus solus potest producere alios terminos actionum vitalium, ut quantitatem, & substantiam, & etiam ipse solus poterit facere verbum mentis, quod est terminus actionis vitalis intellectus, ac per consequens potest facere intellectionem. Respondetur concedendo antecedens, & negando consequentia diuersa enim est ratio de quantitate, & de verbo mentis, ut diximus præcedenti dubio insolutione secundi argumenti.

Secundo argumentantur, quia id quod Deus potest face-

re medijs causis secundis potest facere se solo dummodo non sit modus, vel actio: sed verbum mentis, seu intellectio sit à Deo medio intellectu: ergo: & ipse solus potest id facere. Dixi in antecedenti notanter dummodo non sit modus vel actio: nam modus, vel actio, cum persuam essentiam dependeant ab uno agenti insieri, & conseruari, sit que quasi terminus intrinsecus agentis a quo procedit, impossibile est quod dependeat à solo Deo, vel ab alio agente extrinseco, cuius non est modus, quia iam variaret essentialis dependencia, cum sit diuersum agens: sed essentialis dependencia variati non possunt fieri à se solo: sed verbum mentis non est modus, neque actio: ergo potest fieri à solo Deo.

Ad hoc argumentum respondetur distinguendo antecedens, quod si id quod dependet à secunda causa dependet ab illa essentialiter, per connexionem essentialiem, qualiter id quod est vitale dependet à principio vita, tunc non potest Deus se solo communicare illam rem intellectio autem, seu verbum est huiusmodi & ita non potest fieri à solo Deo.

Sed contra hoc obijcties, quia ex eo dicimus modum non pendere ab agente media actione, quia persuam essentiam pendet:

detsed per nos verbum mentis pendet per suam essentiam à principio vitali, ergo, vel in sua essentia includit talem dependentiam, quod est contra Aristotelem dependentiam ponentem in predicamento actionis, atque adeo non potest includi essentialiter in verbo, quod est qualitas, vel saltem sequitur, verbum esse modum, atque adeo sine media actione pendere à principio vitali, quod est contraria quod diximus dubio primo.

Ad hoc argumentum respondentis aliqui, verbum mentis, seu intellectiōnē ēsse modum, atque adeo per suam essentiam id est sine media actione pendere. Vnde concedunt consequentiam: sed hoc mihi videtur falsum, quia si verbum mentis ēset modus factus sine media actione, sequitur, quod verbum factum a Deo media potentia, & specie intelligibili non posset fieri à Deo cum potentia si etali specie intelligibili, quod nullus concessit, sequellam probō, quia si verbum est modus, dependet ab specie sicut à potentia per suam essentiam sine media ratione: ergo non potest fieri à Deo sine specie, quia ad hoc necessarium erat variari essentia lena dependētiam, quam dicit verbum ad speciem: sed hæc variari non potest: ergo nec produci sine spe-

cie à Deo, hoc autem nullus cōcessit: ergo neque concedendū est, quod verbum est modus: alias rationes adducere poteram quas breuitatis causa omnitto.

Melius ergo ad obiectiōnē respondeo, in qua duo sunt explicanda, primum quomodo verbum dependeat media actione licet dependeat per suam essentiam. Secundo quomodo licet dependeat per suā essentiam non sit modus. Ad primum dico, quod dependere per suā essentiam stat duplīciter, primo ita ut dependētia rei quæ dependet sit ipsius met essentia, & quæ hoc modo dependant ab agente, sine media actione, & dependentia distincta dependent, imo, quæ sunt ab uno agente non possunt fieri ab alio agente numero diuerso, etiam de potentia absoluta, quia quæ ita dependent, ita sunt termini intrinseci illius agentis à quo dependent, ut non solum specificentur, sed etiam inducentur ab illo, huius generis sunt omnes modi, ut sensio subsistentia, & actio: alio modo stat dependere aliquid per suā essentiam ab uno principio, quia ita dicit ordinem essentiam ab illo principio ut specificetur ab illo, taliter quod illud ex sua essentia petat produci ab illo, quia ita specificatur ab illo, ut non possit respicere aliud

principiū q̄ nō sit eiusdem species cū illo, à quo processit, si cut intellectio vitalis, ita specificatur à principio vitali, vt per suam essentiam, id est ex sua essentia pendeat à principio vitali, eo stricto modo vt non possit pendere à principio non vitali, & quæ hoc modo dependent, sua essentia non est dependentia, sed actio distincte à sua essentia.

Secundo explicandum est quomodo verbum licet dependeat per suam essentiam non sit modus, quod facile ex dictis patet. Secundo, quia ad hoc vt aliquid sit modus dependere debet per suam essentiam, taliter quod sua met essentia sit dependentia, quod non habet verbum.

Tertio adhoc vt aliquid sit modus rei vt dicit Aristoteles quarto, super Genesim ad litteram capite. 30. debet esse mensura præfigiens, seu terminans rem circa aliquid, qualiter indiuisibilia terminant quantitatem, subsistentia terminat naturam sessio, & presentia terminant situm, &c. sed verbum nō habet hoc ergo.

Sed contrahæc est communis inter Philosophos obieccio, quia præsentia localis, & yno animæ & corporis sunt modi, & tamen dependent media actione, quia prima permetum localem, secunda per

generationem resultant, quæ sunt veræ actiones: ergo non omnis modus pendet per suam essentiam. Ad id varij varia respondent, quæ ob breuitatem omitto. Responpeo ergo inter modos non omnes dependere ab agente sine intermedia actione, & vt circa hoc regulâ generalē assignemus dicendū est oēs illos modos, qui ab agentia aquo procedunt dependent in fieri, & conseruari, semper isti sine media actione sūr, propter intrinsecam connexiōnem quam habent cum agente à quo profluant, sed variatim vidimus ab uno produci aliquando & ab alio conseruari, vt patet in præsentia locali, quæ ab extrinseco pulsante causatur, & ab illo non conservatur, & etiam in modo vniōnis, in his dicendum est fieri media actione, quia nou habent tam actam vniōnem, ac modi prigeneris.

Vltimo obijciunt, quia species intelligibilis producēta ab intellectu agenti potest producī solo Deo: ergo verbum mentis. Ad hoc argumentum omnes illi qui putant intellectum agentem non esse potentiam vitalem, & per consequens, nec actionem, qua producitur species intelligibilis non esse vitalem, facile respondent diuersam esse rationem, quia species intellegibili-

ligibilis non est vitalis , neque producta per actionem vitalem , sicut verbum mentis , & ita species potest produci à Deo ; non vero verbum.

Nos tamen probabilius dicimus intellectum agentem esse potentiam vitalem, vnde , & actionem qua producitur species intelligibilis esse vitalem , cum hoc tamen respondeo , speciem intelligibilem posse produci à Deo , non tamen verbum , quia verbum habet in se vitalitatem , eo quod est terminus intrinsecus , immanens potentiam vitalis : nam actio , qua producitur species est transiens , sicut augmentatio vitalis est actionis transiens , & ita eius terminus , scilicet quantitas non habet vitalitatem , ut diximus . Viterius , quia species intelligibilis , non exercet munus suum modo vitali , quia concursus speciei non est vitalis , alijs concursus speciei non posset suppleri à Deo , quia intrinsecus concursus vitae non potest suppleri , ita ut illo deficiente actus sit vitalis .

Ex his omnibus colligitur primo , quod si Deus per possibile , vel impossibile produceret verbum in intellectu , & conseruaret illud absque concurso potentiae , tunc intellectus intelligi-

geret , quia iuxta dicta intellectio formaliter solum in verbo consistit , & idem est dicendum despeciebus expressionalium potentiarum cognoscitorum , & de amore , qui est pondus , & terminus productus per actionem voluntatis , per illud enim productus productum & conseruatū à Deo solo voluntas amaret , ille tamen amor non esset liber , nec voluntarius , nec peccatum . Colligitur secundo per verbum productum à solo Deo posse causari habitus in intellectu . Ratio est , quia habitus causantur ex repetita cognitione obiecti : sed per illud verbum cognosceret intellectus obiectum , & ex repetita cognitione obiecti , medio illo verbo intellectus faciliorem se experiretur in cognitione illius ergo .

Tertio colligitur , voluntatem posse moueri ad amandum , & sperandum obiectum representatum per verbum productum à solo Deo , quia voluntas mouetur ab obiecto cognito per intellectum :

sed tunc intellectus intel-

ligeret per ver-

bum illud

ergo .

(?)

Disputatio Tertia, & ultima, de veritate.

DIFFICILIS Est disputatio, quia difficile est veritatem inuestigare, ynde ali qui Philosophie ius naturam enodare connantes in quam plurima mendacia turpisissime labuntur nos vero breuitate possibili de ea aliqua dicemus (diffusa enim veritatis disputatio ad Metaphysicam pertinet de quibus ibi tractabimus) sine acceptione authorum: quia ut docuit Philosophus topicorum primo propter veritatem debent Philosophi sibi contradicere.

Quæstio prima. Quid sit Veritas formalis.

Veritas duplex est vna transcendentalis, alia formalis, prima est passio entis, unde eius naturæ inuestigatio ad Metaphysicum pertinet, sicut & agere de passionibus entis, de qua in Metaphysica Deo dante dicemus, hic vero licet de formali tantum disputandum erat cum Aristotele, quia ista sola est quæ reperitur in enuntiatione tamen ne disputatio multilla maneret (ita enim conexæ sunt) etiam de transcendentali aliqua dicemus, illa scilicet solum, quæ pertinent ad maiorem intelligentiam veritatis for-

malis: veritas ergo in communis sic definita fuit, a Sancto Thoma prima parte, quæstio-ne. 16. articulo secundo, *Est adequatio intellectus, cum re, in qua duæ definitiones continentur, prima quæ conuenit veritati formalis, scilicet, Veritas est adequatio intellectus cum re.*

Secunda definitio quæ conuenit veritati transcendentali talis est, *Est conformitas rei ad intellectum, in hac quæstione tantum de prima erit disputatio, cum ergo veritas formalis sit adequatio intellectus cum re, videndum est in quo sit illa adequatio.*

Secundo notandum est, in intellectu plura esse de quibus possit dubitari, quod nam illorum debeat adequari, vel in quo nam inueniatur adequatio cum re necessaria ad veritatem formalem, primo reperitur actio illa, qua producitur verbum, seu conceptus. Secundo est, ipse conceptus. Tertio est, res obiectiva, seu concepta: de prima actione dico in ea non reperiri adequationem. Quia cum actio illa secundum nos, neque sit intellectio neque representatio, illa non est contornis cum re, Authores tamen illi qui dicunt intellectuem consistere in actione, consequenter dicunt conformitatem esse in actu, ita fasus est Suarez tom. I. Metaphysic. disputa. 8. sectione 1. tamen sicut secundum falsum est, vt late diximus ita & certe solum

solum de re obiectiva, & de eo
cepit utrum ali est dubium.

Prima sententia est verita
tem formalem esse adæquatio
nem conceptus cum re, ita tenet
Caietanus, & AEGIDIUS quos re
fert, & sequitur Pater Nauarre
te, tom. 1. in primam partem, fo.
433. & probatur primo quia ex
Arist. 9. Meth. c. 12. ab eo quod
res est, vel non est propositio di
citur vera vel falsa: ergo actus in
intellectu seu conceptus forma
lis, qui est propositio mentalis di
citur verus ab obiecto quod est
à parte rei, & non prout est in in
tellectu, ergo veritas in actu
seu conceptu reperitur. Secun
do quia ista adæquatio ut dice
mus infra est relatio: ergo non
debet esse inter idem & seipsum:
sed res ut obiectiva est eadem,
ut est à parte rei, ergo illa adæ
quatio non erit in re obiectiva.
Tertio probat Nauarrete, res
cui conuenit primo & per se ista
conformitas dicitur vera, sed si
ta talis est in intellectu: nam ut
supra dicemus veritas ex intel
lectu ad res derivatur, argo hec
conformitas non reperitur in
obiecto intellectus. Quarto pro
bat, quia obiectum cognitum
est fundamentum veritatis, que
est in intellectu, quia obiectum
cognitum est una ex rebus cum
quibus comformatur intellectus, ergo conformitas non in ob
iecto cognito, sed in intellectus
conceptu reperitur. Quinto as
simili, quia res in esse cognitæ

non commensuratur nisi cum in
intellectu cognoscenti, & non si
bi ipsi ut est à parte rei, ergo
obiecti veri conformitas non est
cum ipsa ut est à parte rei, sed
cum intellectu. Sexto probat à
sit illi nam tanta perfectio est
in intellectu quod sit verus,
quam quod sit intelligens, &
scientificus, ergo sicut dicitur
intelligens ab actu sibi intrinse
co, ita debet dici verus. Septi
mo, & ultimum probat, obiectum
ut cognitum supponit commen
surationem intellectus cum re,
ergo commensuratio non est in
obiecto cognito, sed in intellectu,
antecedens probatur, nā de
nominatio rei obiectivæ, seu ob
iecticogniti nascitur ex hoc q
res moueat intellectum, ut for
met iuditium de illa, a quo actu
iuditij seu cognitionis oritur,
q res dicatur cognita, sed in il
lo priori naturæ actus ille est
conformis rei existenti à parte
rei, ergo conformitas non in re
seu conceptu obiectivo, sed in
formali debet consistere, hæc
omnia sunt argumenta, quæ ad
duxit Nauarrete pro sua senten
tia.

Dico primo veritatis con
formatio solum est in concep
tu obiectivo intellectus cum
reipso existente à parte rei, ita
ut intellectus dicatur verus quā
do concipit rem sicut est à par
te rei, ita ut sit conformatio ei
iusdem rei cum seipso sub di
uerso modo, ita tenet Vazquez

primo tomo primæ partis dis-
putat. 76. capit. primo, minor
tamen quod Nauarrei citet
pro sua sententia Sanctū Tho-
mam primo contragentes, capi-
te. 59. cum in isto loco verbis
expr̄sis nostram insinuet sen-
tentiam in prima ratione sic di-
cit. *Ad id in intellectu veritas per-*
tinet, quod intellectus dicit, non ad
operationem quia id dicit, non enim
ad veritatem intellectus exigitur, vt
ipsam intelligere rei adaequatur, cum
res interdum sit materialis, intellige-
re vero in materiali sed illud quod in
intellectus intelligendo dicit, & cog-
noscit, oportet rei esse adaequatum,
ita ut in se sit, id quod intellectus di-
cit. Hęc Sanctus Thomas in
quibus verbis affirmat adaequa-
tionem non esse inter actum, &
objec̄tum, cum illa sint valde di-
uersa, sed inter objec̄tum cog-
nitum, vt sic, & inter seipsum,
vt est à parte rei, nam objec̄tum si vere cognoscatur idem
habet in intellectu quod habet
à parte rei. Et ratione proba-
tur, quia illi rei conuenit prima
rio verum, seu adaequatio, quæ
significatur per enuntiationem
veram vocalem, enuntiatio e-
nīm vocalis ideo est vera, quia
est signum veri, sicut urina
est sana, quia est signum ani-
malis sani, sed vozes tantum si-
gnificant ipsos conceptus ob-
iectiuos non autem conceptus
formales, vt diximus supra
disputatione prima, ergo solus

conceptus obiectiuus est pro-
priè verus in illo que adequa-
tio inuenitur.

Ad hoc argumentum es-
pondet Nauarrete, folio. pp.
quod propositio vocalis dupli-
citer pōt summi, primo secun-
dum quod respicit res significati-
tas per ipsam & sic dicitur ve-
ra quatenus significat conue-
nientia minter ipsas res, scilicet
quod prædicatum conueniat
subjecto, &c. Et hęc conue-
nientia non est veritas formali-
lis intellectus, sed tantum ve-
ritas fundamentalis reperta in
rebus, alio modo potest consi-
derari quatenus refertur ad in-
tellectum, & exprimit adaequa-
tionem illam in intellectu cum
re, & sic dicitur vera proposi-
tio vocalis veritate formalis,
sed hęc solutio verba tantum
continet, nam licet admitemus
istam duplicem consideratio-
nem propositionis vocalis, ta-
men in primi consideratione
quando dicitur quod respicit
res ipsas, debet intelligi quod
respicit res non existentes à
parte rei, sed res obiective exis-
tentes in intellectu, vt dixi-
mus disputatione prima, ergo
illa conuenientia quam signifi-
cat non est realis, sed aliquid
rationis proueniens ex actu in-
tellectus, nam conuenientia in-
ter prædicatum, & subiectum
non est à parte rei, ergo ista con-
uenientia quam significat pro-
posi-

positio vocalis veritas est formalis, quia nisi esset in re concepta ab intellectu non significaretur per propositionem vocalem; ergo est veritas formalis.

Secundo nam hæc conuenientia inter prædicatum, & subiectum eadem est cum illa, quæ secundum istum authorē reperitur inter actum intellectus & obiectum, quia iste actus nihil aliud significat quam quod prædicatum conueniat subiecto, ergo in idem coincidit distinctio huius authoris. Habemus, ergo ex dictis quod conuenientia, & veritas quam significat propositio vocalis non est conuenientia realis à parte rei existens, nam voces non significat res existentes à parte rei, sed conceptus obiectius, id est res conceptas ab intellectu, sed est veritas & conuenientia inter rem conceptam & rem existentem à parte rei, quæ quidem est conformitas, & veritas formalis, ergo cum propositio vocalis primo significet rem conceptam, & non conceptum, veritas & conformatio primario conuenit rebus conceptis.

Tertio, quia ut dixit Sanctus Thomas nulla conuenientia, est inter conceptum formalis, & rem conceptam cum possint, esse diuersi generis immo sunt diuersenatur, obiectum enim potest esse corporum, & conceptus semper est

spiritualis: ergo vocalis proposicio nō potest significare illam conuenientiam, et si aliqua conuenientia est inter conceptum & rem conceptam tantum est in esse representationis, & hæc nihil aliud est quam quod res concipiatur, vt est à parte rei, clare ergo (ne euidenter dicam) colligitur conuenientiam esse inter rem conceptam, & rem existentem.

Quarto ego efficacius argumentō sic, quia si intellectus conciperet Petrum non ut est à parte rei, sed diuerso modo, ibi inter conceptum ipsum, & inter Petrum conceptum, aliqua representatione debet esse, quia licet non concipiatur, ut est à parte rei, tamen aliquomodo concipitur, & eo modo quo cōcipitur representari debet, & tamen tunc formaliter intellectus non dicitur verus, & non propter defectum conformitatis inter conceptum ipsum, & rem, eo modo quo concipitur, quia ut sic conformia sunt, sed propter defectum conuenientiae inter rem conceptam, vt conceptam, & ipsam ut existit à parte rei, ergo adæquatio in re concepta, & non informali conceptu debet esse.

Ex his colligo primo veritatem primario esse in intellectu, hoc est in re concepta, & ex re concepta derivari ut veritas ad conceptū la cōformit-

Intellectus præsuponit semper conformitatem obiecti cogniti cum re existenti a parte rei qui conceptus formalis dicitur verus secundario, quia concipit rem conformem ipsi ut est a parte rei, ex conceptu etiam obiectivo seu ex veritate existente in conceptu obiectivo denominantur res ipsæ existentes a parte rei vera.

Ex hoc colligitur solutio cuiusdam argumenti Patris Nauarrete iste enim author folio. 434. & folio. 440. dicit Vazquez contrarium esse sibi, ex eo quod disput. 76. numero. 10. & alias affirmauerit intellectum esse primarie verum, absque aliquo libi inherentem, & ab eo in res ipsas denominationem veri derivari, ex his verbis colligit Nauarrete duas contradictiones, primam si intellectus est primarie verus quomodo veritas reperitur primo in conceptu obiectivo, scilicet concepta, & ab illa re concepta derivatur veritas in actu intellectus. Secunda enim contradictionem si intellectus est primarie verus veritas conueniet ei, secundum ea illa que sunt illi propriæ scilicet secundum actum, & conceptum formalem.

Sed m' o' videri, dignissimus Nauarrete non recte inter pretatas est suaratione dictissimam quādā dicit.

intellectum primarie esse verum & ab eo in res derivari de nominationem veri, loquitur de intellectu, vt comprehendit conceptum obiectuum, quia iste in intellectu dicitur esse, & ab hoc in res ipsas existentes a parte rei denominatio resultat, & etiam in actu ipsum intellectus.

Ad secundum dico intellectum dici verū primario abs quodcumque inherenti, quia veritas conuenit primario conceptui obiectivo, qui est in intellectu, quæ veritas in conceptu obiectivo est relatio rationis, unde si loquamur de intellectu, vt comprehendit conceptum obiectuum primarie est verus quam res existentes a parte rei.

Ad primum argumentum contrariorum dico veritatem esse adæquationem inter rem conceptam & rem existentem, unde res existens aliquomodo, vt terminus est id ex quo resultat relatio veritatis, & quia ex ista conuenientia inter obiectum cognitum & rem existentem secundario oritur veritas in actu intellectus, ideo ab eo quod est, vel non est oritur licet remote veritas propositionis mentalis.

Ad secundum dico istam relationem esse rationis, & sic possit esse inter res easdem diuerso modo conceptas quia res in concepta

cepta diuersa est à se ipsa non cōcepta. Ad tertium respond. tur, veritatem primari d' esse in intellectu, primo in conceptu obiectu exsistente in intellectu, & ab ipso in res ipsas deriuatur, tæpe enim Arist. in lib. de anim. ipsu[m] obiectum cognitum appellavit, actualem aognitionem obiecti. Ad quartum respon. obiectum cognitum esse fundamentum veritatis hoc modo, quia inter ipsum obiectum cognitum, & rem existentem est conformitas. Vnde obiectum cognitum, non conformatur in esse veri cū actu intellectus, sed potius ē contra actus intellectus, media re cognita cōformatur cum ipsa re existente à parte rei. Ad quintum respondetur similiter conformatiōnem, in esse cogniti primario non esse in actu intellectus, sed in obiecto cognito, cum re existente à parte rei. Ad sextū respondetur, non cōparari ratione, intelligentis in intellectu, sicut ratio veri, nam ratio intelligentis cū includat primum intelligens, necessario debet esse in ipsa ratione formalī media, qua formaliter est intelligens intellectus, scilicet in cōceptu formalī. Tamen ratio veri consistit in cōformitate, quæ tantū est respectu rei cognitæ, cum ipsa existente à parte rei. Ad septimum respondetur negādo antecedēs, & ad probatiōnem dico, quod licet obiectum cognitum præsupponat actum intellectus, ramen-

in illo priori licet ille actus sit re prætentans tamen in illo priori, non est cōformis, usque intelligatur obiectum cognitum, quod est conforme rei existenti à parte rei, diuersum enim est actum esse repræsentatiūm, & esse cōformem, quia actus opinatiūs, semper est repræsentans in conformatiōne tamen potest variari, si obiectum opinabile varietur.

Supposito ergo, quod veritas est conformatio conceptus obiectui, cum re à parte rei existente, dubiū est an ista cōformatio sit aliquid absolutum, vel respectuum reale, aut rationis.

Dico breuiter ista adequatio, seu conformitas est relatio rationis, ita Vazquez supracitatus label. 6. Meth. cap. 2. q. 13. Soncianas. q. 16. & quod sit relatio mea videri, non potest negari, nam est essentialiter ordo inter duo, eo quod est conformitas, & adequatio, quæ secundum omnes est relatio, quod sit rationis: sic ostendo, quia est inter res nō distinctas realiter, nam res, ut concepta, eadem est realiter cum ipsa existente à parte rei: ergo: & hoc clarius est, quando res concipiuntur eadem, sicuti est à parte rei, ut cognoscunt Angeli, & Beati.

Queres tamen quid sit veritas in propositione mētali, in quare dico, tam in actu intellectus, quā in oratione vocali veritatem esse denominationem prouinciem

ab ipso obiecto ut cognito, nā sicut vrina dicitur sana extrinseca, denominatione eo q̄ est signū sanitatis animalis : ita etiam actus intellectus, & oratio vocalis dicuntur vera, quia sunt signa cōformitatis, quæ est inter obiectū intellectus, & rem ipsam existentē, & habet esse signū, quia representat rem sicuti in se est : id est quia res quæ per actū cōcipitur, est eadem sicut à parte rei existit.

Et vt hoc magis intelligatur notandum est, q̄ sicut vrina in se habet aliquid reale, quo dicitur signū sanitatis animalis, ita actus intellectus, seu conceptus formalis habet aliquid quo sit signū naturale obiecti, istud enim q̄ habet est ratio representationis, diuersum enim est cōceptū representare, & esseverū seu cōforme, vt docebā in solutione ad septimum, nam cōceptus ex sua natura habet, q̄ representet, q̄ autē ista representatio sit conformis, vel nō, pēdet ex mutatione obiecti, nā si mutetur obiectū representatum iam representatio erit falsa, cuius generis sunt actus opinioris, in quibus idē actus potest successivē esse verus, vel falso: ergo cōformatio, seu veritas extrinseca est denominatio adveniens representationi: & quia aliqui actus intellectus, aliquando representant obiecta, prout sunt à parte rei, quæ necessaria sunt, & aliud mutari nō possūt. Hinc est, vt aliqui actus intellectus

aus, scilicet scientifici necessario, & intrinsece sint veri, & veritas in his actibus scientificis, qui intrinsece sunt veri, nō est relatio rationis, sed est realis, quādo habent necessaria omnia ad relationē reale, scilicet, q̄ terminus sit realis, &c. in actibus verò aliis veritas est relatio rationis, & ratio à posteriori est, nam vidimus in aliis actibus eundē secundū rem variari de vero in falso, secus vero est in actibus scientiæ, qui semper sunt veri, signū ergo est, in illis veritatem esse denominacionem rationis, in illis vero esse relationem intrinsecam.

sed obiices, quia etiā scientificus actus, habet veritatē dependentiam ab obiecto cōcepto, sicut alij, ergo sicut in aliis veritas formalis est relatio rationis, ita in actibus scientificis, respondetur negādo cōsequētiā, & reddo disparitatem, nā alij actus, vt actus opinionis taliter est verus dependent ab obiecto cōcepto, id est præsupponens conformitatem, seu veritatē obiectiui cōceptus cum re ipsa, vt dependeat ab ipso, ita ut mutato obiecto, mutetur veritas actus, tamē veritas actus scientifici, redundant ex veritate cōceptus obiectiui cum ipseare, ex eosolū, quod præsupponit illā conformatiōnem obiecti, cū rē à parte rei, tamen quia non dependet veritas actus scientifici, ex mutatione obiecti, id est magis intrinseca & realis.

Quæst. II. Quid sit veritas
transcendentalis; quæ est
in rebus.

NE disputatio, de veritate mutilla, & obtruncata maneret, breuiter dicendum est de veritate trascendentali, vt Tyronibus notum sit utriusque veritatis natura, diffusa enim veritatis disputatio ad Metaphysicam pertinet, de quano sibi.

Veritas transcendentalis, sic definiti frater solet, est cōformatio rei ad intellectum, ex qua definitio ne habuit principiu[m] prima sententia aliquorū assertoriū veritatem istam esse adæquationē rei cum intellectu, ita ut sicut veritas formalis, & que primo reperitur in intellectu, ita etiā h[oc] veritas se perciatur & que primo in rebus, absque redundantia à veritate intellectus.

Secunda sententia dicit veritatē trascendentale, quæ est passio ensis esse cōformitatem cū intellectu diuino à quo p[ro]deret, vt à causa exemplari, sicut veritas intellectus est adæquatio eiusdem cū obiecto à quo p[ro]deret, vt à regula, & quia omnes res creatæ ab idem Diuina, tanquam à causa exemplari p[ro]derent, ideo veritas trascendentalis est cōformatio cū intellectu Diuino: ita S. Thom. i. p. q. 16. art. 1. ubi expresse h[oc] insinuat sententia, h[oc] autem cōformatas semper est in rebus nondū existentiis, nam omnes res creatæ, vt sunt in se essentialiter p[ro]derent à Deo, quate-

nus operatur per intellectum, & voluntatē, & supponunt in intellectu Diuino, idem propriam, per quam posit fieri, & cui sint conformes, vnde quia hoc diuagatur per omnia entia, dicitur veritas transcendentalis.

In hac re dico primo, veritas transcendentalis adæquatio quædam est rei cum intellectu creato, addo tamē h[oc] adæquationē, nō cōuenire & que primo rebus sicut intellectui, sed cōuenire ex transse per resultantiam à veritate formalis, quæ est in intellectu: ita tenet P. Vozquez i. p. disp. 77. c. 4. & in hoc magis inclinat P. Suarez supracitatus, disp. 8. secl. 7. nū. 26. & explicatur nā sicut vrina dicitur sana, non à sanitate, quæ & que primo sit in illa, sed per hoc quod est signum sanitatis animalis, seu qui potest causare sanitatem animalis, ita etiā quia res ex se aptæ sunt ad hoc, q[uod] intellectus de illis habet iudiciū verū, vel falsum, à quo iudicio postea dicuntur veræ, vel falsæ, ideo quasi secundario h[oc] cōformatas, seu adæquatio est in rebus. Secundo declaratur, quia adæquatio nō est sola æqualitas, sed est quasi actio quedam, quavnæ res dicitur adæquari alteri: ergo h[oc] nō potest esse primario in rebus, sed in intellectu, quia res eodem modo immotæ perseverant, sicut v. g. appropinquatio centri, vel ad centrum in graui, non est primo in centro, sed in re graui, à qua appropinquatione, seu

seu motu dicitur extrinsece censem propinquū, ita etiam rem adæquari ab adæquatione, quæ est primo in intellectu. Tertio probatur ratione, scilicet quod res creare dicantur veræ, respectu intellectus humani, quia possunt causare in illo veram sui cognitionem: res dicuntur falsæ quia possunt causare falsam sui cognitionem, sicut auriculum, dicitur falsum aurum, quia possit causare falsam sui cognitionem: ergo etiam in rebus veris, sicut Petro sedente dicimus, verum est Petru sedere: ergo veritas quæ est in Petro sedente à parte rei, non est aliud quam posse causare iudicium quo dicamus verum esse Petru sedere, nam ante illud iudicium, non potest dici formaliter verū, sed quod habeat aptitudinem ad causandum iudicium verum.

Dixi in conclusione, respectu intellectus creati, nam res in solo intellectu creato, sunt propriæ cause cognitionis veræ non autem in intellectu Diuino, ut dicit D. Thom. i. p. q. 16. articu. 6. ad secundum.

Ex hoc colligitur in rebus veritatem, nihil aliud esse, quam ex se posse causare cognitionem veram: quod autem dicantur conformes, & adæquari. cum eadem re, ut existit in intellectu, est relatio rationis, proueniens ex conformitate vera, quam causant in intellectu, sicut virtus ex se dicitur, posse causare sanitatem, quod autem sit sana à sanitate anima-

lis, sit per extrinsecam denotionem. Veritas ergo, quæ est passio entis, nihil aliud est, quam res ex se esse aptas, ad causandam veram sui cognitionem in intellectu creato, & etiam consistit in hoc, quod res sint conformes cū idea, intellectus Diuini, ut vult secunda sententia, ut runq; enim docet S. Thom. i. contrā ḡnes cap. 60. in fine, ubi rationem veritatis explicat, & in ordine ad intellectum creatum, & in ordine ad diuinam idæam.

Secundo colligitur veritatē, solum esse passionem entis realis, nam sola entia realia, possunt per se causare cognitionem, nō autem entia rationis, cū illa nequeant cognosci, nisi per ens reale: ita S. Thom. i p. q. 16. art. 3. & s. ad tertium.

Tertio colligitur, cognoscibilis esse passionem entis, non distinctam à verò modo supra explicato: nam licet aliquid possit cognosci sola apprehensione, absque veritate, quia ut dicimus infra veritas, non reperiitur in prima apprehensione, tamen illa cognitionis per se ordinatur ad veram cognitionem, unde nihil potest causare cognitionem sui erit per simplicem apprehensionem, nisi quatenus potest causare veram sui cognitionem iudicatiuam.

Quarto colligitur, verum dici analogice, analogia attributio nis, de rebus, de vocibus, & de intellectu: ita Vazquez supra dis put. 77. cap. 4. Suarez disput. 8.

ect. 8. principalius analogatum est verum, quod est in re cognita per iudicium, ab hoc autem extrinsece dicuntur res veræ, propositio vocalis dicitur vera, quatenus est signum veritatis intellectus, actus etiā intellectus, scilicet, iudicium dicitur verum à veritate obiectis, in quantum est signum veritatis illius, & etiam in quantum conceptus intellectus, est id medio quo sit ipsum verum in obiecto cognito, sicut universaliter formaliter est in ipsa re cognita, sit tamen ab ipsa cognitione intellectus, cum ergo verum in his omnibus, non sit eadem ratio omnino, sed diversa, una tamē per attributionem, ideo dicitur analogum attributionis.

Quinto ex his intelligitur locus quidam Arist. 6. meth. tex. 8. Quod bonum sit in rebus, verum autem in intellectu, quod non est ita intelligendum, quod res à parte rei, non sint veræ sicut bona, sed quia verum primum sit in intellectu & inde derivetur ad res, at bonū primario sit in rebus, & inde derivetur aliquo modo ad voluntatem, quae dicitur bona, vel mala moraliter, quia versatur circa res bonas, vel malas.

Ex loco isto colligit Vazquez disput. 77. cap. 5. inter passiones entis, prius conuenire bonitatem rebus, quam veritatem, nā quod conuenit rebus à parte rei prius est quam id, quod conuenit per intellectum. Sed hæc doctrina Vazquez non placet, unde dicē-

dum est priorem esse in rebus veritatem, quam bonitatem, ita Sanctus Thom. I. p. q. 16. art. 4. Cajetanus ibi, & alij, & ratio est, nā res dicuntur veræ, nō ex eo quod causent actu cognitionem obiecti, sed ex eo, quod possit causare, vel quatenus habent conformitatem cum idæa Diuina, bone autem dicuntur res in ordine ad voluntatem, quatenus mouere possunt voluntatem ad suam orationem, sed prius est re conformari cum idæa Diuina, vel posse causare cognitionem intellectus, quia ut possit mouere voluntatem, quia hoc secundum pendet, ex primo cum actus voluntatis, sequatur ad actum intellectus, ergo.

Ad rationem Vazquez respondetur, id quod conuenit rebus à parte rei, esse priusquam id quod conuenit per intellectum creatum quatenus actu cognoscit, quia actualis cognitio est posterior re ipsa cognita, non vero esse prius omnino, quod conuenit rebus in ordine ad intellectum quatenus potest cognoscere.

Questio tertia, Et ultima, in quo actus intellectus reperiatur veritas formalis.

NON loquimur de veritate trascendenti, cū hæc enim sit passio entis, in quolibet ente debet reperiiri, solum est questione, de veritate formalis, quæ cum

cum secundum nos sit conformitas rei conceptæ, cum re ipsa à parte rei, dubium est quo actu intellectus obiectū debeat esse cognitū, vt in illo sit veritās, an simplici apprehensione, vel iudicio, seu compositione.

Secundo notandum est, certum debere esse veritatē, reperiiri in iudicio, quæ est secunda operatio intellectus, siac iudiciū sit per modū compositionis, & divisionis, vt in intellectu humano, siue sit absq; cōpositione, & divisione, vt in Angelo, in quo datur quidam Angelus, qui licet non sit per modū sūm compositionis, & divisionis, quia simplicissimus est, tamen dicitur iudicium, quia sequiualeat nostro iudicio, eo quod per eum simplicē Angelii cognoscit Angelus, sicut nos per nostram actū, conuenientiam, quæ est intersubiectum, & prædicatum solum ergo est dubium, vtrū in simplici nostra apprehensione, quæ non est iudicium reperiatur veritas.

In hacre prima sententia est, quod veritas etiam reperiatur in primā apprehensione, ita Pater Suarez 1. tomo Metaphys. disput. 3. sectio. 3. P. Molina. 1. par. quæst. 16. disput. 1. & Soncinas. 6. Metaphys. cap. 17. Fonseca. 4. Metaphys. cap. 2. Ferrara, Capr. & alij, & probant primo ex S. Thom. 1. q. 16. art. 2. vbi distinguunt S. Thom. meo videri duplice veritatē: vñā in intellectu cognoscente, quatenus intellectu-

cus cognoscit cōformitatē, quā habet actus cū obiecto, vel obiectū cognitum cū se ipso, vt est à parte rei, & hanc dicit esse in cōpositione, & divisione, aliam veritatem dicit esse in intellectu & sensu, quād cognoscit quid erat esse rei, tūc (inquit) intellectus & sensus sunt veri, nō tamē potest dici, q; tuac dicat verū, quia nō cognoscunt cōformitatē obiectū, ex quo loco ego, scrutatis, & perlegens illū, invenio duo, prius S. Thom. sensisse ad veritatē formalē, esse necessariū actu reflexum iudicantē de conformitate actus cū obiecto, vel de cōformatitate obiectū cogniti cū seipso existente à parte rei, secundū ceterā in simplici apprehensione reperiiri aliquā veritatē. Secūdo probatur ex Arist. 3. de anim. c. 6. dicente, q; sicut visus proprij obiectū est vera, sic intellectus, circa rei essentiā est verus, & 2. de ani. c. 6. dicitur sensum circa propria sensibilia nō decipi: ergo sicut visus, absq; cōpositione est vera, ergo & in intellectu. Tertio nā in primā apprehensione, reperiatur conformitas in ordine ad obiectū & cum representatū: ergo ibi est aliqua veritas: immo etiam hæc veritas debet reperiiri in signis naturalib; aut ex institutione, quia conformantur cum rebus, quas significant, ergo. Quarto quia Angelus, & Deus simplici intuitu, seu simplici cognitione cognoscunt res, & tamen in illare peritur veritas: ergo, & in sim-

plici

Plici cognitione hominum.

Probabilior sententia est, scilicet veritatem formalē, repertā in intellectu, tanquam in signo, solum esse in cōpositione, seu diuisione: ita Caietan. 1. p. q. 16. in articulum secundum, & P. Vazquez, 1. p. disput. 75. cap. 2. & est expressa sententia S. Thom. 1. contra gentes cap. 59. in ratione prima Et probatur primo, ex Aristot. in hoc capit. ubi dicit veritatem, & falsitatem in compositione consistere, id habet 3. de anima, cap. 6. tex. 22. & 6. meth. cap. 2. prope finem, ubi postquam dicit, verum & falsum non esse in rebus, sicut bonum & malum subdit. Quae vero vix simplicia, & enca ea que quid sunt, non quidē sunt in mente, quasi dicat simplicium apprehensio, qualis est ipsius, quid non est in mente, per haec enim intelligit, non quidē intellectum nudum, nam in eodem simplicium apprehensio experitur, sed intelligit iudicium opinionis, si ita loco mensis habetur. Dicuntur, quae particularia significat sententiam.

Ad hæc loca respondet Ferrara, primo contra gentes, cap. 19. Aristoteli solum dicere veritatem, tanquam in cognoscēte, non repertiri in prima apprehensione, nam hæc veritas tanquam in cognoscēte, tantum reperitur in compositione: & hoc modo explicat Ferrara. S. Thos. 1. loco citatum. Sed non placet, nam si in omni compositione re-

peritur veritas, tanquam in cognoscēte, quæ ab illo, quid intelligat per veritatem, tanquam in cognoscēte? Nam si intelligit, quod intellectus cognoscat veritatem seu conformitatem, quæ est inter obiectū cognitū, & ipsum obiectum à parte rei: nescio enim, quid aliud per veritatem, ut in cognoscēte intelligat. Ferrara, ista veritas non reperiatur in omni compositione, & divisione, quia non reperiatur in directa, sed tantum in reflexa compositione, nam quando intellectus directe affirmat iudicatio suo, quod Petrus sit albus, non cognoscit directe illam conformitatem, iquæ est inter Petrum album conceptum, & ipsum existentem à parte rei, sed alio auctore reflexo, solum ergo a dicto directo affirmat, vel cognoscit albedinem conceptum conuenire Petro exiliens à parte rei ergo, si per veritatem in cognoscēte intelligat hoc, non explicat bene Aristot. nam Aristoteles in omnicompositione, siue directa, siue reflexa affirmavit esse veritatem, quam negat in simplici apprehensione.

Secundo impugnatur Ferrara, nam Aristoteles negat, in rebus, verum, & falsum, illasque concedit in intellectu, in rebus autem dicit, esse bonum, & malum solum: ergo eodem modo negare debuit bonū & malū in intellectu, quo affirmavit illi conuenire verū, & falsum sed

sed bonum, & malum, ut in cognoscente etiam reperitur in intellectu: ergo quidam negavit bonum, & malum intellectui, & illi tribuit verum, & falsum, non debet intelligi de vero & falso, ut in cognoscente, quia etiam bonum, & malum, ut in cognoscente tribuitur intellectui.

Alij respondent ad hæc loca Aristot. quod veritas est duplex vna simplex, altera composita, & quod prima reperitur in simplici apprehensione, non vero secunda, & hæc est inquietum, quæ negavit Aristot. simplici apprehensioni.

Sed non quidem placet ista veritatis formalis distinctio, nam etiam in veritate transcendentali dicere ego poteram esse duplicom, vnam simplicem, quæ rebus simplicibus conuenit, aliam compositionem, quæ in rebus compositis reperitur, quod nullus fasus est. Secundo, quia Aristot. absolute fuit loquutus de omni veritate. Tertio, quia si per veritatem simplicem formalem intellegunt isti, in simplici apprehensione, non esse plures conceptus formales, & obiectios, falluntur, quia etiam in simplici apprehensione est complexio, & pluralitas conceptus, nam quando ego audio ab aliquo, quod Deus sit trinus, anteaquam iudicem de illa propositione apprehendorem, quæ est Deus, & tē quæ est trina: ergo in ista apprehensione est duplex conceptus: ergo sijn ista apprehensione est aliqua veritas

debet esse veritas complexa, & non simplex.

Ratione ultimo probatur nostra sententia, quia in simplici apprehensione, nulla est propria falsitas, quæ in deceptione consistat: ut dicit expresse Aristot.

9. M. th. & 3. de anima cap. 6. ergo neque veritas reperitur. Cōséquētiā probo, quia veritas, & falsitas contrarie opponuntur: ut docet S. Thom. i. p. q. 17. art.

4. sed contraria habent idem subiectum: ergo si vnu repugnat simplici apprehensioni, etiam & alterum repugnabit.

Ad hoc argumeatum multi multa dicunt: primo respondet bene posse, duo esse contraria & vnum repugnare alteri subiecto, altero non repugnante, ut corvo conuenit nigredo, & repugnat albedo: non ergo mirū, quod veri as conueniat simplici apprehensioni, & quod repugnet falsitas.

Secundo responderet Suarez, supra veritatem existentem, in prima apprehensione esse diuersæ rationes ab illa, quæ est in secunda operatione, & ita non habet falsitatem contrariam, quæ conuenient possit simplici apprehensioni.

Tertio respondent in simplici apprehensione esse etiam falsitatem, nam simplex apprehensio hominis, est vera notitia hominis, in ordine tamen adequare esse fallam.

Quinto prima solutio non vallet

let; nam albedo non repugnat coruo secundum se, sed ratione temperamenti, unde secundum se, non repugnat coruo albedo, tñ simplici apprehensioni repugnat falsitas secundum se ergo & veritas.

Neq; secunda solutio placet, nā si in simplici apprehensione est aliqua veritas quia est cōformatio actus cū obiecto, cū nō sit per se &c, & intuitiva, conformitas rei sicuti est in se, aliqua deformatas potest reperiri in prima apprehensione quę dicitur falsitas sed hęc repugnat ergo & veritas.

Neq; tertia solutio placet, quia aliás quilibet propositio esset falsa, quia una propositio, vel cognitio, tantū habet cōformatatē cū uno obiecto: ergo respetu aliorū esset falsa, sed hoc nō potest dici, quia deformatas quā habet cognitio hominis cū quo nō potest dici falsitas, sed discōuenientia, vel ignorantia, solum enim simplex apprehensio potest dici falsa occasionaliter, vel causaliter, quia in prima simplici apprehensione inuenit intellectus occasionē, vt iudicet false, & hoc modo est intelligēdus Aristot. quando dixit sensum circa sensible cōmune falli. Hac ratione etiā potest intelligi, quod in simplici apprehensione, est veritas virtualiter, vel occasionaliter, quia ex ipsa pender quod intellectus iudicet vere, vel false.

Ad S. Thom. respon. quod si loco citato affirmet in simplici apprehensione, esse aliquā verita-

tem, debet intelligi virtualiter, vel occasionaliter, non autem loquitur de veritate formalī.

Ad primum locū Aristot. respond. tantū dicere ibi in simpli ci apprehensione esse aliquod, quod se habet instar veri, quia cū simplex apprehensio, sit aliqua cognitio, aliquo modo attingitur obiectū, quia apprehenditur. Vnde eo modo, quo obiectum cognoscitur, eo modo dicitur ab intellectu, quia ut diximus in secunda disputatione dicere, & intelligere non distinguntur, & hac ratione Arist. 9. Meta. c. 12. distinguit hoc, quod est dicere ab hoc, quod est afirmare verū, vel falsum, quia primū reperitur in prima apprehensione, secundū reperitur in compositione, seu diuisione.

Sed obiecties quia Arist. 9. met. c. 12. cōcedit in prima apprehensione veritatē, & negat falsitatē, quia in prima apprehensione (vt ipse inquit) non est falsitas, sed ignorātia, loquitur ergo de veritate propria, nā si de veritate impropria loqueretur, etiā falsitas impropria, & causalis potest reperiri in prima apprehensione. Respond. Arist. idē dicere in prima apprehensione, nō esse falsitatē, quia si prima apprehensione apprehendatur obiectū, tūc intellectus dicitur verus, quia attingitur obiectū, si autē obiectū nō apprehenditur, nō dicitur falsus intellectus, s. d. ignorās, nisi cōponēdo aliquid enūtier, tamen

tunc iam est secunda operatio intellectus, quando enuntiat.

Ad secundum locum Arist. respond. sensum circa sensibile commune posse decipi, ex hoc tamē colligitur sensum habere falsitatem causaliter, quia cū sensus subministrer obiecta intellectui sensus solet esse causa veri, & falsi iudicij.

Ad tertium argum. resp. in simplici apprehensione tantum reperi continentia representationis qualis reperitur in signis natura libus, vt in imagine vel cōuenientia significacionis, vt in signis ad placitū: tamē hæc conuenientia, nō potest dici veritas formalis, quia in illa nō est affirmatio, vel negatio de aliquo, & licet dicamus cōmuniter aliquid nomine esse verum, vel falsum, tamen semper cō invenimus aliquid nomen esse verū, vel falsum, ibi inuenitur enuntiatio aliqua, nā semper cognoscimus verū esse, aut falsum esse aliqui nomina, esse imposita rebus: ergo abst; enuntiatione nomina simplicia non significabant veritatem.

Ad quartum respond. in simplici actu Dei, & Angeli, reperi riveritatem, quia illo simplici actu cognoscunt cōuenientiam unius rei cū alia, & affirmat vnu de alio, nos tamē nō possumus hoc facere, simplici apprehensione propter imperfectionem nostram, sed iudicio facimus, & ita in nostra simplici apprehensione non reperiur veritas.

Notandum tamen est valde, P.

Vazquez. 7. part disput. 213. cap. 3. & ceteros authores nostre sententie affirma evniuersale Logicum non posse fieri per primū operationē intellectus, sed per secundam, & rationē alignant, quia in comparatione naturæ ad inferiora, qua sit vniuersale Logicum reperitur veritas, nam cōparare nihil est aliud, quā cognoscere naturā cōuenire subiecto, & cū veritas non reperiatur in prima operationē intellectus, ideo dicunt vniuersale Locū, debere fieri per comparationem, & non per primam operationē, imò ex hoc colligunt quod prædicari, quod est comparatio actualis, non distinguunt ab hoc, quod est esse in multis.

Ego tamen aservo in simplici apprehensione, non esse veritatē, cū hoc tamen dico vniuersale Logicū, posse fieri per primam apprehensionē intellectus quia per simplicium apprehensionē, potest simpliciter natura apprehendi simpliciter, vt est in multis, vel in ordine ad multa, absque affirmatione, & negatione, & ex illa comparatione simplici resultat prædictabilitas, seu aptitudo prædicandi de multis, & postea per secundā operationē intellectus, resultat ipsa prædictatio actualis, quæ est comparatio complexa, quam intellectus affirmat complexe naturā esse actuale prædicatum suorum inferiorum.

Vnde colligo in illa simplici comparatione, quā natura cognoſ. iux

Noscitur esse in multis non reperiri veritatem, nam simplici apprehensione cognoscit intellectus, albedinem esse in parte, & ouis cognoscit per stimulam, seu per sensum internū corporeum, lupum esse sibi disconuenientem, & tamen nullus dicit proprie, in cognitione ouis esse veritatem formalem: ergo nec similiter erit, quando noster intellectus, cognoscit simpliciter prima operatio naturam vniuersalem esse in multis.

In hoc capite disputant aliqui de falsitate, de hoc tamen erit disputatio in Metaphysica, & hæc de hoc capite.

Licet Aristoteles agat in capitulo 2. de nomine, in capitulo 3. de verbo, in 4. capite de oratione, in 5. 6. & 7. de oppositione contradictionum, tamen designicatione nominis, & verbi iam est dictum, & de aliis disputationum est in summa summarum, ideo omnibus illis super

* sedere decreui, *

Cap. 8.

de futu^r Quæstia Ultima. Utrum probris con positiones singulares de tingens futuro contingenti, habentibus.

Videin principiis, aut falsitatem vero, quid de hoc senserit. Ari gina 6. stoteles.

re videatur non quidem immrito ultimo loco, ea qua possimus breuitate nobis tractandæ, agitandæque referuauimus: explicantes prius, quid sit futurum contingens, ex hoc enim ut de se patet, pendet cognoscere, ac penetrare, quid sit propositio de futuro contingenti, est enim illa, quæ explicatur per tempus de futuro, & in qua prædicatum est accidens subiecti, idest, non habet necessariam connexionem cum subiecto: huiusmodi autem propositiones in duplice sunt differētia, quædā sunt vniuersales, ut omnis homo est albus, & si de his loquamur, conueniunt omnes, illas habere determinatam veritatem, aut determinatam falsitatem, ut etiam Aristotel. in litera satetur, qualiter hæc est determinate falsa, omnis homo est albus, quia quamuis prædicatum secundum se sit accidens subiecti, considerato tamen ordine vniuersi, quodam modo impossibile est per naturam omnem hominem esse album, secundum illam maximam Philosophorum: Quod natura nunquam fecit, signum est facere non posse: aliae vero sunt propositiones singulares de futuro contingenti, ut cras pluet, de quibus est difficultas, an sit determinata veritatis, aut determinata falsitatis.

Secundo supponendu est in hac quæst, quid sit propositione ali

D 3 quam

CVM hæc quæstio, magnam difficultatem in se contine-

quam esse determinate veram, aut determinate falsam quidam enim dicunt illam, talem esse quando possumus ostendere esse determinate veram, aut determinate falsam, ut quod modo pluit: hæc tamen definitio est à posteriori, scilicet ab effectu, potius enim ideo potest ostendi, hoc esse verum, aut falsum, quia ipsum in se falsum est, quam è contra, idèò est falsum, quia potest ostendi esse falsum.

Alij ergo asserunt illam propositionem esse determinateveram. Verbi gratia, quæ pro eo tempore quo est vera, non potest nō esse vera, sed hæc etiam definitio, non est satis sufficiens quia cum vt supra vidimus ad præsens datur potentia, vt adhuc in hoc tempore, in quo homo est albus, poterat non esse albus, atque adeò poterat esse falsa absolute loquendo, saltem, hæc definitio, datur per rem incertam, usque an detur poterat ad præsens, præteritum, & futurum, de quo vidimus supra plures esse opiniones.

Quare facillime definitio, hæc à nobis tradenda est, nam vt supra vidimus tractatu de veritate, veritas est cōformitas, seu adæquatio intellectus ad rem illam ergo propositio erit determinate vera, quæ significat cōformitatem intellectus ad rem determinatam.

His ergo suppositis. Dubium

est modo, an propositiones singulares de futuro contingentí, sint determinate veræ, aut determinate falsæ. Prima sententia est, quam vt infra dicam tenet in hoc capite Aristoteles asserens tales propositiones, non esse determinate veras, aut determinate falsas, sed indeterminate, ad quod probandum, vt vidimus in litera capití, quatuor adducit rationes. Prima est quia si hæc est determinate vera, Nabale bellum erit cras: ergo id non est contingens, nec frequenter, nec ad vitrumlibet, quia si verum est illud determinate fore, necessarium erit, atq; adeò non contingenter.

Secunda autem eadem est cū ista, quia inquit omnianecessario evenirent.

Tertia ratio est, quia si verū est determinate, verbi gratia, quod Nabale bellum erit cras: ergo hic effectus determinatus infallibiliter eveniet, atq; adeò tollitur omnis consultatio, & negotiatio, si enim illud est determinate evenit, & infallibiliter, vt quid ergo quis negociat oppositum.

Quarta ratio est, quia quod hoc determinate sit venturum, potest prouenire ex duplice capite, vel ex causa libera, & hoc non quia causa libera, qualis voluntas eo ipso quod libera, est etiam indiferens, ad producendum tamē effectum, vel nō producendum: ergo determinata

minate, non est verum dicere, quod faciet, aut quod determinate, non faciet, vel ex causa contingenti naturali, & etiam hoc non, quia ista causa eo ipso, quod est contingens etiam est indiferens, atque adeo nihil determinatè est verum nempe, quod faciet, aut non faciet, qui bus rationibus Aristotelis aliae possunt adiungi, pro illius sententia confirmanda.

Vnde quinto probatur, hoc ipsum quia ab eo, quod res est, vel non est, propositione dicitur vera, vel falsa, sed res contingens, ut quod cras pluat de futuro, antequam sit non est, neque aliquid certo illius habemus: ergo non potest a talire sumi aliqua veritas determinata. Sexto quia si determinate est verum, quod cras pluat, vel ergo illud est determinatum in se, vel in sua causa non in se, quia nondum est cum sit de futuro, neque in sua causa, quia causa cum contingens sic, nihil est determinate verum in ipsa: ergo nullo modo istæ propositiones singulares de futuro contingenti possunt habere determinatam veritatem, aut determinatam falsitatem, quæ argumenta adeò certa in scholis nostris videntur, ut omnes eandem Aristotelis sententiam amplectantur: eandem tenet Auteolus, Ocham, & Gabiel. in 1. distin. 38. q. 1. & Chaterius opusc. de potent. ię distinctione.

Sed iam hoc tempore multi sunt viri docti qui rē optime calentes sententiā hanc Arist. prorsus falsam esse existimēt, imo & plures ex authoribus eandē veritatem penetrarūt: ita tenet Gregor. 1. dist. 38. Petrus Aliac ibidem F. Antonius de Corduba, lib. 1. quæstionarij. q. 55. qui pro eadē sententia citat Ioannē Medina, cum quibus omnibus nobis contraria sententia tenēda est, quod scilicet propositiones singulares de futuro contingenti, sunt determinate vere, aut determinatè falsæ.

Ad quāsententiam probandum sit prima concl. in propositionibus contradictoriis, est dāda altera quæ sit vera, & altera quæ sit falsa, sed istæ sunt contradictoriæ Naballe Bellum erit cras, nabale bellum nō erit cras: ergo altera determinate est vera, & altera determinatè est falsa: ergo propositiones singulares de futuro contingenti sunt determinatevere, aut determinatè falsæ.

Nec valet cōmunis solutio, es se quidē alterā verā, & alteram falsam, sed nō determinate, sed indeterminate, hæc inquā solutio, quāuis à pluribus dicatur nec scio an ab omnibus intelligatur quod si hæc, v.g. est vera Naballe bellum erit cras; probo quod sit determinate, vera, & nonquidem in determinate, quia ista propositione significat rem determinatam, nam inter has duas partes contradictionis, scilicet

erit, & non erit significat hanc determinatam, nempe quod erit: ergo si est vera, proculdubio debet esse determinate vera, quia significat rem veram, & determinatam.

Secunda ratio sit, quia ista propositio Naballe bellum erit cras, vel conformatur cum illa re determinata futura, quam ut talem enuntiat, vel disformatur ab illa, neque potest inter haec duo intelligi aliquod medium, si conformatur cum illa parte contradictionis, quam enuntiat, nempe quod erit: ergo est determinatae vera, quia veritas est conformitas inter intellectum, & rem: ergo determinatae conformitas cum re determinata: si autem disformatur a talire determinata, quam enunciatur: ergo est determinatae falsa, atque adeo habetur intentum.

Tertia ratio sit: quia veritas propositionis, de futuro regulatur per veritatem propositio- nis de praesenti, qualiter haec modo est vera. Antechristus erit, quia aliquando habebit aliquam de inesse veram: sed haec propositio de praesenti, modo est lectio, etiam secundum autores oppositae sententiae est determinatae vera, tali tempore et lectio, quia regulatur per veritatem de praesenti. Ex quo infero quod propositio de futuro, quae semel est vera, semper, & ab aeterno fuit vera: quia si modo de facto, res ita se habet

de praesenti, ab aeterno erat vera dicere, hoc erit.

Quarta ratio est, quia ut propositio disiunctiuaverat, oportet quod altera pars determinata illi conueniat: sicut haec est vera homo est risibilis, vel non risibilis: quia haec pars determinata, nempe esse risibilem, est vera, alias si neutra ex illis partibus tali rei conueniret, esset falsa propositio: sed haec est vera, cras erit lectio, vel non erit ergo idem est, quia altera pars determinata est vera, nempe determinata erit, aut determinata non erit.

Quinta ratio sit: quia locutiones propheticæ, quæ sunt de rebus singularibz futuris, ut quod Antechristus erit, proculdubio sunt determinatae veræ, qualis Propheta de aduentu Antechristi: ergo haec propositio singularis de futuro contingenti, Antechristus erit est determinatae vera.

Nec valeret, quod quidam respondent, quod quamuis Antechristum fore, absolute sic contingens, tamē supposita reuelatione necessarij est, atq; adeo simpliciter talis propositio, non est de futuro contingenti: nec inquam solutio fibola est: quia reuelatio Dei, non facit de nouo rem esse futurā, sed solum manifestat nobis talem rem esse futuram, quod quidem nobis oculum erat: ergo etiam ante reuelationem futurus erat Antechristus: ergo propositio enuntians ipsum

ipsum esse futurum determinante erat vera, ante reuelationem factam à Christo Domino, probo consequentiā, quia modo, ideo secundum omnes est determinatae vera, quia significat rem determinatam, & quæ reuera erit: sed eandem futuritatē, habebat antequam Christus Dominus reuelaret ipsum esse futurum: ergo etiam ante factam reuelationem erat talis propositio determinate vera, quia idem prorsus significat modō, ac antea.

Tandem vltimo probatur hæc sententia: quia nostrum affirmare, vel negare, vel nostrum scire, aut nostrum ignorare, nihil ponit in re: ergo & si apud me sit incertum, & indeterminatum, quod cras pluet, non tollit quo minus hoc, in re sit determinate verum, aut determinate fallsum.

Vt autem argumenta pro Aristotele, sententia facta facilime soluantur, notandum est contingentiam, & futuritatem, ita inter se habere, quod vt aliquid cōtingens dicatur, satis est quod possit euenire, & quod possit non euenire, quanvis de facto non eueniat, quia contingentia dicit potentiam, & non actum: at vero futurum dicit existentiam aliquando futuram, & hinc sit, quod propositio de futuro enuntians rem, quæ reuera erit determinata, sit vera, quia significat rem determinatam, & quæ reuera erit, sicut autem fu-

turū est duplex, ita veritas propositionis de futuro duplex est: nam quando aliquid est futurū necessariū, vt quod sol sit cras illuminaturus, propositio enuntians tales propositiones habebit veritatem necessariā, quæ nō potest aliter se habere: quia enuntiat futuritatem, reuera futuram, & necessario: tamen propositio de futuro contingētiā vera est, quando enūtiat rem, quæ reuera erit, tamen habet veritatem contingentem, quia enuntiat rem, quæ quamvis de facto futura sit, poterat tamen aliter euenire, cum hoc tamen de facto eueniet. V. g. Cuiusratio est vt supraterigi, quia potētia cū nullo actu potest habere oppositionē, cū sint diuersi generis: ergo cū hoc p̄ est euentū posse nō fore, optimē stat de facto actu cū se futurū, atq; adeo, quod propositio determinata sit vera, quā uis contingenter, quæ poterat nō esse vera, eo quod poterat euentus non euenire, tamē quia de facto eueniet, v. g. de facto est vera determinata.

His suppositionis respon. ad primā rationē Arist. quod quāuis determinata sit verū, quod cras pluet, nō tollit contingentia, quia est verū cōtingens, & non necessariū de facto verū, quia de facto v. g. ita erit, cū quo optimē stat, q̄ possit nō esset, vt probauis, atq; adeo quod sit cōtingēs.

Et ita ad secundam respon- detur, non omnia euenire ne-

cessatio, ut explicari.

Ad tertiam, ut respondemus non nondum quod quanuis determinate. V.g. verū sit hunc evenit fore, tamen evenit per sua media requilis, ut eveniat, & ita verum est illum fore, verum etiam est talia media explicata esse, ut res eveniat. & è contra, si verum est ipsum non fore, verū est media per quā veniret, non esse actu explicanda, quo supposito facile responderetur ad argumentum negando consequentiam, scilicet quod tollitur omnis negotiatio, & consultatio, quia cum res determinate futura sit, per hanc media oportet aponere talia media, & negotiationes, ut res eveniat, quod si non aponuntur aliquādo, ideo est, quia contraria pars determinate est vera, nempe, quod non eveniet.

Ad quartū respondeatur, quod evenit determinate futurus, potest prouenire à causa libera, & naturali contingentī, quia quamvis utraque de facto, ante quam producat esse. Cum indiferens sit ad illud producendum, & non producendum tamen est verum dicere, quod tandem determinabitur, si effectus producendus sit, sicut bene dicit Petrus, actu non ambulare, sed esse indiferens, cum hoc tandem determinabitur ad ambulandum.

Ad quintam regulam Aristotelis ab eo, quod res est, vel non est propositio, dicitur vera, vel

falsa, esse quidem verissimā, aut lūtine naturali notam, tamen diuerū mode, nam in propositionibus de presenti, quia enuntiāt rem præsenrem, sumitur veritas, aut fallitas ab eo, quod res est, vel non est de facto, in propositionibus autem, quae enuntiant rem futuram, lūnitur veritas vel fallitas in propositionibus ab eo, quod res est, vel non est futura, ita quod propositio enuntians rem futuram, quā re veraria erit, quamvis id apud nos sit incertum est vera, quia conformatur cum eo, quod res est futura, è contra autem si sit falsa.

Ad ultimam determinate esse verum, verbi gratia, quod cras erit lectio in te, & in sua causa, in se quidem, quia quamvis de facto, non ut eveniet tandem reveria, & etiam in sua causa, non quidem ut illa est indiferens de facto, sed in illa, ut tandem est determinanda ad producendum talem effectum, quia ut explicuicū eo, quod est causam de facto est indifferente at bene tandem fore determinandum.

Ad calcem huius questionis, non nihil dicam, circa secundum quod inquirebat questione, quid, scilicet de hac re senserit Aristotelem inter eos, qui hoc in re nām amplectūtur sententiā sunt, qui contendant Aristotelem ad bonum sensum adducere: ita ut quando dicit propositiones

sitiones singulares de suo uro cōtingenti nō habere determinatam falsitatem aut veritatem intelligat quoad nos, quod verum es, quia nos sumus incerti quæ nam pars contradictionis determine futura sit, non vero loquiur quantum est in re ipsa, sed reuera hæc expositio non quadrat textui nā rationesquas Arist. ad hoc probandum adducit procedunt ad probandum hac in re esse non posse, ut patet legenti textrum ubi præfertim in primaratione adducit ad illud in conueniens, quod nullum sit contingens in rerum natura non frequenter, nec ad utrūlibet, ergo non loquitur solum quoad nos sed in re ipsa.

Quare secundo alij expoununt ipsum dicentes quod quādo dicit tales propositiones nō habere determinatam veritatē per determinatam intelligat necessariam, admodum quo dicimus naturam operari determini-

nate, ad vnum idest necessario & hoc verum est, quia ut supra vidimus solum habent veritatem contingentem, sed neque expositio hæc quadrat te, tui quia Aristoteles distinguit propositiones de necessitate à propositionibus de contingentib[us], & in sensu quo asservuit propositiones universales de futuro contingentib[us] esse determinate veras, negauit hoc etiam de singularibus, sed universales de contingentib[us] solum habent veritatem contingentem: ergo eandem negationē de singularibus, quā reuera ex illimo tenuisse sententiam quam acutus in pugnauimus, nec mirum sit alicui nos hæc in parte ipsum descrere, quia reuera doctissimorum sequimur sententiam, & apud nos plus veritas quam Aristoteles valere debet & hæc de hoc textu dixisse sufficiat.

BREVIS

B R E V I S E X - P O S I T I Q U I N L I B R O S de Priori resolutione.

Quæstio prima, Proæmia-
liam, & titulum libri sunt
inscribendi de Priori re-
solutione.

 On facilemimo dif-
ficiem admodum
prouintiam suscipi-
mus, Arist. scilicet,
doctrinam interpretandam in-
cipientes, cum eius aliqualem
intelligentiam aliequitâ Theo-
logis quam Philosophis nego-
tium maximum extiterit, eorum
qua ingenia summopere detru-
xerit, sed labor improbus om-
nia vincit impenetralia pene-
trantur, difficultas facilitia reddit,
obscura, clara.

Primo sit certum in hac que-
stione, huius operis authorem
Aristotelem suisse communio
nium authorum acclamante co-
sensu, id etiam consueta, Arist.
difficili, & per obscura Methodo
do edocente.

Secundo sit certum, non es-
se questionem an isti libri ins-
cribantur de priori resolutione
qua hoc apud omnes certum,
& induxit atque est: solum ergo
est controversia in assignanda
ratione ob quam de priori reso-

lutione dicantur.

Primo notandum est dupli-
cem esse resolutionem syllogis-
mi: unam materiale, aliam for-
malē, materialis est, quia resol-
uitur, seu qua regredimur de
parte materiali ad syllogismū,
quia resolutioni nihil aliud est
quam regressus ab affectu ad
causam, aut à partibus ad to-
tum, & quia in syllogismo est
duplex pars una materialis, scil-
icet termini, seu propositiones ex
quibus componitur, alia
est formalis, dispositio scilicet,
seu connexio illarum, & haec
formalis resolutionis, quando in
perfectum syllogismum ad per-
fectum reducimus, & quando
perfectum ad hoc principium
Dicit de omnib[us] & dicit de nobis. la qui
bus resolutionibus dispositio
que est pars formalis syllogismi
satis apparet, unde ista dicitur
resolutionis formalis, aliavero ma-
terialis, unde patet maxime ne-
cessarios esse istos libros, quia
in illis cognoscitur vera ratio
formalis syllogismi ad scientiam
admodum utilis, & ad sophistarū
laqueos fugiēdos lucē afferēs.

Secundo notandum est in libris a
gide solutione, necno etiā in

lib. de posteriori resolutione, sed in his agitur de resolutione formalis, quia in his reducimus sylogismū imperfectū ad per se ētū, in illis autē agitur de propositionib[us], an necessariæ, an probabiles sint, & cū isti sint materia syllogismi, dicitur materia lib. resolutionis.

Tertio notandum est, hos lib. 3. obtinere locū in Logica Aris. in. 1. enim loco 2. agit Aris. de prædicta mētis, quæ ad primā intellectus operationē pertinet, & sic in. 1. loco de illis est sermo docet. n. Aris. quæ ratio & genera & species sunt inter se co ordināda in 2. loco agit Aris. de interpretatione seu Periarmenias in quo tractatu agitur de enūmratione, quæ ad secundā intellectus operationē pertinet, & sic. 2. loco cōstituitur. 3. loco sunt isti lib. de Priori resolutione, quia pertinet ad secundā operationē intellectus, syllogismū discursum, seu catiæ in rationē dicit, & inter ea, quæ ad secundā operationē in tellectū pertinet primo loco ponuntur isti lib. quia in istis agitur de forma syllogismi in libris de posteriori resolutione de materia, & quia forma est principali. r. ideo ponuntur isti prius, & deinde alijs. Præterea ponuntur quintoloco. Topicī, in quibus agitur de syllogismo probabili, qui imperfectior est syllogismo necessario. Deniq[ue] ponitur, sexto loco lib. Eleccorū hoc est logismorū falsigraphorū, qui

sunt impecficiōres omnib[us] sylogismis, & ideo vltimo loco colloquuntur.

His suppositis est ratio dubitā di in hac quæst. In his lib. agit Ari, nō solū de resolutione syllogismi, verū etiā de cōpositione ilius, sed cōpositio est nobilior, quare resolutio, quia cōpositio est ad esse, resolutio autē ad nō esse: ergo isti lib. potius deberent dici cōpositorij quā resolutorij.

Sed hac ratione nō obstat iūc cōclusio. Libri isti optimaratione inscribuntur de priori resolutione. Hæc cōclusio probatur, in his lib. agitur de resolutiōne in cōmuni, in alijs de resolutiōne in particulari: sed omne cōmune, superius ve, est prius inferiori. Antecedens probatur, quia in lib. de posteriori resolutione agitur de resolutione demonstrationis, in his autē lib. de priori, agitur de omni resolutiōne: ergo optima ratione inscribūtur de priori resolutione.

Secundo probatur, in his lib. agitur de resolutione formalis, vt supra notauimus: sed formalis est prior materiali, hoc est, principalior, & quod est principalius, sepe sepius dicitur prius.

Sed cōtra cōclusionē est argu mētū: Oēs alia sciētiæ resolutū suas cōclusiones: ergo omnes debent dici resolutoria. Respōdetur negādo cōsequētiā, quia aliæ scientiæ licet resoluātur nō tamen docent nec præbent modum resoluēd[ur], & ideo nō dici debent

debet resolutio*r*is, illa autem libri docent resolu*r*e*t*, & sic di-
cuntur resoluto*r*ij.

Secundo argumentor contra conclusionem. In libris de posteriori resolutione agitur de resolutione materiali: sed hæc est prior formalis, quia ma-
teria prior est forma: ergo isti-
non debent dici de priori reso-
lutione, respondetur, materialis
resolutio est prior formalis, dis-
tingua, absolute nego, sed tan-
tum in genere causæ materialis
ad vero in genere causæ forma-
lis prior est resolutio formalis
& ex alia parte est nobilior, &
principalior, ideo dicitur prior,
& altera posterior.

Vltimo argumentor. Quili-
bet tractatus debet denomina-
ri à principaliori parte, de qua
tractat: sed in his libris agitur
de compositione, & reso-
lutione syllogismi: sed compo-
sitio est principalior: ergo po-
tius debent dici composito*r*ij,
quam resoluto*r*ij, respondetur
tractatum non semper deberi
denominari à principaliori, sed
ab eo quo commodius signifi-
cetur, quod tractatur in opere:
sed quia per resolutionem com-
modius hoc sit, quia resolutio
presupponit compositionem,
ideo per resolutionem vtrum-
que aperte significatur, non ta-
men per compositionem, ideo
dicuntur resoluto*r*ij, & ex
hac solutione soluitur
ratio dubitandi.

Quæstio secunda. Præmia.
midatis quod sit obiectum
borum librorum.

In hac quæstione præsuppo-
nendum est rāquam certum
objec*tum* cuiuscunq*ue* sci-
entia esse id de quo in tali scien-
tia agitur, & de quo passiones
demonstrantur. De quo latius
improemalibus magnæ Logi-
cæ.

Primo sit certum in hac
quæstione. Hic libros simul
cum libris de posteriori resolu-
tione completere vnum tractatū,
sic tenent Philoponus, Alber-
tus, & alij interpres Aristote-
lis & plane constat ex intentio-
ne Aristotelis in principio hu-
ijs capitis dicentis, esse inten-
tionem agere de demonstratio-
ne, sed & illa agit in libris de
posteriori resolutione ergo.

Vnde sit conclusio. Obie-
ctum ad æquatum horum libro-
rum de priori resolutione, &
de posteriori ex quibus sit vnu*s*
tractatus, est syllogismus in cō-
muni: & obiectum in ad æqua-
tum magis principale est demō-
stratio. Hanc conclusionem sic
probo. Illud est obiectum ad æ-
quatum, quod continet omnia
de quibus agit talis scientia:
sed si logismus omnia continet
ergo Mōrem probo, quia syl-
logismus prædicatur in recto
de demonstratione, & de omni
bus syllogismis in particulari,
& in

& in obliquo, de termino, & pro positione: sed non agitur per se in hac scientia, seu tractatu de alijs, nam si de alijs, est per accidentem: ergo.

Quod autem demonstratio sit obiectum magis principale probo: nam inter omnia de quibus agitur est principalius, & omnia alia ad illam ordinantur: ergo est principale obiectum.

Contra conclusionem sic argumentor. Non potest esse idem obiectum adæquatum totius scientiæ & partis illius: sed syllogismus est obiectum adæquatum totius scientiæ syllogisticæ, nam de eo agitur in libris Topicorum & Elenchorum ergo. Respondetur ergo in hoc tractatu agi de syllogismo in

quantum reducibilis est in sua principia: in Topicis in quantum probabilis: unde quando dicas idem non potest esse obiectum adæquatum, & in adæquatum, distingo, secundum eandem rationem concedo, secundum diuersam nego, & syllogismus secundum rationes diuersas, ut dictum est potest esse obiectum huius tractatus, & totius syllogisticae artis.

Nota ultimo tractatū hunc de priori resolutione in duos libros diuisisse Aristotelem, in quibus ita se habuit, ut in primo lib. quatuor tradat capita, quæ continent omnia necessaria ad syllogisticam disciplinam adiscendam, & ideo hæc tatum quatuor capita à nobis sunt explicanda.



C A P U T P R I M U M.

P R I M I L I B R I D E Priori resolutione.

Intentum Aristotelis in hoc capite est proponere omnia de quibus est acturus in hoc opere. Diuiditur in tres partes, in prima proponit suum intentum. In secunda quid propositio, quid terminus sit docet

In tertia quid syllogismus, & coplex sit dacet.

Textus sic se habet, dicendum est circa quid est de quo, quis circa demonstrationem & disciplinam demonstratiuum est agendum, in his verbis proponit Aristoteles suam intentionem, quod est agere de

de demonstratione, & de doctrina demonstrativa: deinde inquit Arist. videndum est, quid propositio, quid terminus, quid syllogismus, quid dici de omni, quid dici de nullo sit. Propositiō inquit, Est oratio affirmativa dicans de aliquo, hoc est alicuius prædicati de aliquo subiecto: & hoc inquit triplex est, una universalis, alia particularis, alia indefinita. Una universalis inquit est, in qua aliquid omni, aut nulli inest. Id est, in qua prædicatum dicitur de subiecto ligno illo omni affectu, vel negatur de subiecto, & omni certeto sub illo, ut in negativa propositione, nullus homo est lapis, nullus inest lapis quia nulli certeto sub prædicato conuenit. Particularis propositione est, in qua aliquid alicui, vel alicui non, vel non omni inest, id est in qua prædicatum conuenit alicui hoc est subiecto habeti signū, aliquis vel subiecto cū tali signo & negatione, ut aliquis nō, vel nō omni, id est alicui nō quia, nō omnes est idem, quod aliquis nō.

Indefinita propositione est quando aliquid alicui in est sine signo, aut nota, hoc est quando prædicatum dicitur de subiecto, nullis signis affecto.

Deinde inquit Arist. propositiō adhuc triplex est, una syllogistica, alia demonstrativa, alia dialectica, syllogistica est oratio affirmativa, vel negativa unius de altero demonstrativa est propositiō vera & certa dialectica est al-

terius partis contradictionis sumptio, quia a propriezate dialectica idem est quod topica, seu probabilis, & haec habet duas partes, nam haec propositio Petrus cuestrit heri potest esse probabilis, & sic potest esse, quod occurrit, & potest non fuisse: unde ad syllogismū faciendum pot quis assumere alteram partem ex his, que oportetur contradictione, & in hac pot quis interrogare, quae pars sic assumenda, in demonstratione autem non pot quis sic interrogare, quia cu sit certa, semper est alterius partis sumptio, ita quod interrogatio non habeat locum: at vero dialectica, ita yza assumitur, ut possit esse interrogatio.

Deinde definit terminum dicens terminum voca in quem resoluitur propositio, ut in prædicatum, & de quo prædicatur apposito vel separato, esse, vel non esse, id est terminus est pars propositionis in quem resoluitur propositio tanquam prædicatum & de quo prædicatur proposito esse, id est, in propositione affirmativa vel separato esse, vel non esse, positio, id est in propositione negativa.

Preterea definit syllogismum dicens est ratio in qua quibusdam positis aliquid aliud ab his quae posita sunt ecessario accedit, id est, aliquid aliud necessario sequitur, hoc est conclusio, quae necessario colligitur, ex premissis, hic inquit syllogismus

mus est duplex, alius perfectus, ille inquam, qui ut appareat necessarius, non indiget aliquo alio, vel conuersione, aut transmutatione propositionum : alius est imperfectus, qui ut necessarius appareat indiger aliquo alio scilicet conuersione, per mutationem.

Vltimo explicat Aristoteles quid sit dicere omni, & dicere nullo, & inquit quod dici de omni est, nihil assumere, sub subiecto de quo non dicatur prædicatum, siue vere, siue false, ut contingit in propositione vniuersali affirmativa. Dici de nullo est, nihil assumere sub subiecto de quo non negetur prædicatum, siue vere siue false ut contingit in propositione vniuersali negativa.

Quæstio prima, Vtrum definitio syllogismi quam tradit Aristoteles in hoc capite sit bona.

VT exsite naturam, & essentiam syllogismi expliceremus notandum est partes syllogismi induplici esse differentia, aliæ sunt partes Physicæ, aliæ Metaphysicæ, de quibus omnibus meminit Arist. mirabilis, quidam ratione: unde cum totum clare per suas partes cognoscatur breuiter eas expliceremus oportet. Partes Physicæ co-

ponentes syllogismum sunt propositio & termini tanquam materia: & tanquam forma, dispositio non formaliter sumpta, quia sic est ens rationis, ut dicimus, sed fundamentaliter, hoc est termini & propositiones, prout fundant illum ordinem, quem ponit intellectus in propositionibus, partes autem Metaphysicæ sunt argumentatio, seu oratio, quæ sunt genera syllogismi: oratio quidem remotum, argumentatio vero proximum: differentia vero quod sit talis naturæ, ut in eo colligatur aliquid necessario per ea quæ posita sunt.

Partes Phisicas definit Arist. cum dicit terminum voco, &c., &c., quæ diffinitio est descriptiva, quia presupponit in termino quod componat, ut in eum possit propositio resolutio: unde compondere est essentia, & aliud passio, vel latius diximus capite de termino in sumulis. Definit etiam propositionem, est affirmativa, & a, quæ quidem etiam est descriptiva, & simul est divisio subiecti in accidente, ne enō altera in vniuersale particularem, &c. nō meminit singularis, quia per se non pertinet ad demonstrationē, de quolatè capite de propositione in sumulis.

Secundo notandum est ex his, quæ diximus, q̄ si syllogismum secundum definitionem Physicam definiamus, sic erit

erit definiendus, Est qui constat ex terminis & propositionibus recte dispositis, tamē dicitur Physica prout distinguitur à compositione Metaphysica ex genere, & differentia.

Explicemus iam partes Metaphysicas in quibus major est difficultas prima est, oratio, quæ est genus remotum, de hac non est cur longum inferamus sermonem, solum dicam breuiter orationem formaliter solum esse Ordinem rationis factum ab intellectu in ipsis divisionibus, materialiter autem esse dictiones, de hac in praedicamentis plura capite de quantitate. Altera pars syllogismi est argumentatio, quæ est genus proximum in qua explicanda est maior difficultas.

Pro quo notandum est argumentationem esse triplicem, vocale, & scripta & metalē de metāli certum est, eius rationē formalē esse quid reale, quia huiusmodi constat ex duplice conceptu, seu cognitione antecedentis, & consequentis, quarum vna est causa efficiens alterius, scilicet cognitionis antecedentis, cognitionis consequentis vnde ista argumentatio mentalis pro formalī est aliquid reale, quia istae cognitiones, ex quib⁹ componitur argumentatio mentalis se habent tanquam causa realis, & effectus realis, & sic dicunt connexionem realem inter se, & obid est pro formalī aliquid reale.

Argumentatio autem vocalis & scripta proformali, est aliquid rationis, quia dictiones sunt materiale, necnon propositiones & termini, & formale est ordinatio, quod vna dictio, aut terminus, sit subiectum, alia praedicatum & hoc totum fit per intellectum, & sic est aliquid rationis: eadem est ratio de argumentatione scripta.

His suppositis sit conclusio. Definitorio syllogismi tradita ab Aristotele in hoc capite est optima, & probatur ratione, illa est optima definitio, quæ exacte explicat essentiam definiti, sed hæc explicat essentiam syllogismi: ergo, antecedens probatur: nam syllogismus, vel est mentalis, vel vocalis, aut obiectivus sed isti sunt orationes in quibus quibusdam positis, &c. Ergo antecedens probatur, quia mentalis componitur ex conceptibus formalibus, scilicet ex cognitione antecedentis, & cognitione consequentis: istæ autem cognitiones componunt vnam orationem mentalem. Similiter obiectivus seu vocalis constat propositionibus vocalibus, seu conceptibus obiectivis, sed vocalis constat propositionibus vocalibus, seu conceptibus obiectivis, qui componunt orationem: ergo omnis syllogismus est oratio.

Præterea in syllogismo mentali & vocali in antecedenti, du-

duæ propositiones ; dicuntur præmissæ, vna maior altera minor, etiam in utroque necessario colligitur conclusio, totum hoc explicatur in definitione Aristotelis, quia dicitur quod sit oratio. Secundo, quibusdam positis id est duabus propositionibus in antecedenti, aliquida liud, id est, conclusio, accedit, id est, colligitur : ergo definitio, quæ omnia, hac explicat, dicit totam essentiam syllogismi, & sic est optima : genus in hac definitione est oratio, quia ad plura se extendit, differētia sunt reliquæ particule scilicet quibusdā positis distinguitur ab entimemate, & exemplo, in quibus tantum vna propositio collocatur pro antecedenti, necnon ab ascensu, quia in hoc non ponuntur propositiones in antecedenti dispositæ in modo & figura; necnon per particulam necessario, quæ in ascensu est probabilior.

Contra conclusionē sic arguitur, oratio se tenet ex parte materiae syllogismi, ergo nō prædicatur de illo, ac per consequens non est genus. Antecedens probatur, quia oratio est in illo, quia constat propositione : sed hęc est materia ergo. Respondeatur breviter, quod oratio etiam dicitur propositiones, quæ sunt in antecedenti bene inter se dispositæ, in quo etiam includitur forma syllogismi, & sic optime p. adicatur.

Secundo sic argumētor, bona definitio debet constare generare proximo: sed oratio est gen⁹ remotū vt diximus: ergo est mala definitio: respōdetur distinguēdo maiorē: quando nō ponuntur simul cū genere remoto differētiae insimæ cōcedo, q̄ est mala, quando autē ponuntur nego, quia tunc sufficienter explicatur essentia definiti. Ut quando dicimus homo est corpus, sé sibile & rationale: corpus est genus remotū, & in cū illa differētia rationali, & sensibili est optima definitio, syllogismus etiā, definitur per orationē tāquam per genus remotū, tñ cū differētīs inferioribus scilicet, quibusdā positis & necessario, colligitur vñica, id est optima definitio.

Tertio sic argumētor syllogismus nō continet cōclusionē tāquam partem essentialē : ergo in eius definitione nō debet ponī illa particula, aliud, ad assignandā cōclusionē, vt nos explicuiamus, antecedēs probō : quia Arist. in hoc lib. cap. 26. inquit propositionem duabus propositionibus, & non plus debet cōstatere & erat sermo de syllogismo ergo non intrat conclusio.

Secundo probatur ratione antecedēs, quia cōclusio est effectus syllogismi ergo nō est pars in irinsecuilli, respōdetur Aristotelem dicto loco. Solum disputare de assumptis in antecedenti syllogismi in quo in-

quit tantum sunt duæ propositiones & tres termini.

*Quæstio secunda, Vtrum diuisio syllogismi sit optima.
C. c.*

IN hac quæst. præsupponēdam. I est tāquā certum, diuīsum in hac diuīsōne, qua diuidit Arist. syllogismū in perfectū & imperfectū esse syllogismum vtile, qui fuit definitus in supradicta definitione.

Secundo præsupponēdum est esse accidens syllogismi, quod sit vtilis, vel inutilis, nam idem syllogismus potest esse vtilis, & in vtilis, v.g. factus in celare est vtilis, si ponatur non in minori si in vtilis, quia ex puris negatiuis nihil colligitur. Similiter q̄ sit perfectus, aut imperfectus etiam est accidens syllogismi, quia quod sit perfectus est q̄ appareat necessarius, & imperfectus quod non appareat necessarius: sed apparere, vel non apparere est accidens syllogismi.

Sit conclusio, dicta diuisio est optima & subiecti in accidētia, quæ cōclusio ex dictis sufficienter probatur.

Sed primo notandum est, quod quando Aristoteles docuit perfectum esse, qui non indiget vnius, aut plurium, & imperfectum qui indidiget vnius,

aut plurium, intelligi debet, vnius, aut plurium propositionū conuersione.

Sed contrahas definitiones quæ solum sunt descriptiæ est obiectio, syllogismi perfecti indigent aliquo, scilicet illo principio dici de omni, & dici de nullo: ergo definitiones nō sunt optimæ. Pro solutione huius argumenti notandum est, quod dici de omni est dici de subiecto distributo, & de omni contento sub illo, & dici de nullo est negari de subiecto & de omni contento sub illo. & istis principijs, sic est vtendum, v.g. in Barbara. Omne animal rationale est r̄sibile, omnis homo est animal rationale, &c. r̄sibile dicitur de animali rationali, & sub animali rationali quod est subiectum maloris, continetur homo, qui est subiectum minoris: ergo r̄sibile quod dicitur de animali rationali, dicitur de omni contento sub illo.

Vnde respondetur ad argumentum syllogismus perfectus indiget illo principio dici omni distinguo, perse, nego, per accidens concedo nam non vtimur illo principio contra recte ratione videntes, sed contra proteruos & negantes perse nota, perfectus enim satis notus est ex sua natura.

CAP.

CAPUT SECUNDUM,

DE PRIMO RESO-

lutione.

Inēntū Arist. in hoc cap. est agere de cō-
uersione propositio-
nū de in esse, diuidi-
tur in duas partes in prima pri-
missis aliquibus diuisionibus
propositionis, docet quomodo
sint cōuertēdæ. In. 2. parte pro-
bat earū cōuersiōne, textus sic
se habet propositiones aliæ de
in esse, id est, quæ vacāt modo, &
aliæ de necesse, aliæ autē de con-
tingēti de inesse, ut homo est ani-
mal de necesse seu modalis ut
necessē est hominē esse animal,
cōtingens est hominē esse albū
ista oēs alia affirmatiuæ, aliæ ne-
gatiuæ, rursus omnis propoſitio
alia vniuersalis alia particularis
alia in definita.

Deinde docet Arist. qua ratio-
ne debeant conuerti. & inquit
vniuersalis negatiua in seipſam
conuertitur, aut simpliciter, vt
nullus homo est lapis: ergo nul-
lus lapis est homo: vniuersalis
affirmatiua per accidens, vt om-
ni s homo est animal: ergo aliq.
animal est homo, particularis
affirmatiua cōuertitur in seipſā
vt aliquis homo est animal: ergo
aliquod animal est homo, parti-

cularis negatiua inquit Arist. nō
cōuertitur, quia daretur antece-
der verū, & cōsequēs falso, vt
si dicamus aliquid animal non
est homo: ergo aliquis homo nō
est animal.

Præterea probat Arist. has cōuer-
siones, nā si nō esset bona, dare-
tur duæ cōtradictoriæ simul ve-
ræ, aut duæ cōtrariæ simul etiā
veræ q̄ sic probat nā sic hæc nō
est optima cōuersio. Nullū A est
B ergo nullū B est A, ergo datur
antecedēs verū & consequēs fal-
sum, vel pōt dari, detur quidē
quia possibile posito in esse nul-
lū sequit̄ incōueniēs: ergo hoc
antecedēs est verū, nullū A est
B & hoc cōsequēs est falsū nul-
lū B st A: ergo eius cōtradictio-
ria est vera aliquid B est A tunc
sic detur aliquid q̄ sit B. & A sit
C, ergo B. est C & A est C ergo
A est B. & B. est A ergo aliquid
A est B. hæc est cōtradictoria il-
lius antecedētis nullum A est
B. quæ erat vera: ergo dantur
duo contradictoria simul vera
sic possunt aliæ conuersiones

probari, vt latæ diximus
libro secundo sum-
mulerum.

**Quæstio prima, Quid cōcō
tuplex sit conuersio.**

Sit primo notandum in hac quæstione iusta de causa in præsenti capite agere de conversione, necnon in sequenti, quia deseruit ad reductionem syllogismorum non tanquam aliquid clarius syllogismo, quia apertior & notior consequentia est syllogismus, quam conuersio, sed conductit tanquam conditione quædam.

Secundo notandum est circa diuisionem propositionis, quā Aristoteles adducit, quod hic diuidit illam in casus, quæ variant modum cōuersionis, & quia de impossibili & possibili conuertuntur sicut negatiua in inversis de inesse, & sicut particularis affirmativa eiusdem, ideo illos locum non meminit Aristot. Tertio notandum est non desinisse hic Aristotelem conuersinem, quia exercitio illius facile poterat colligi, nam dum ex subiecto prædicatum efficiatur propositione conuertitur, sic eam colligit author summularū ut infra dicemus relictā conuersione. Prima, & reali de qua nō pertinet ad nostrum disputare, cōuersio logica triplex est prius terminorū, ut quæ duo termini conuertuntur, sicut risibile, & homo, alia est syllogismorum quæ redactio etiā dicitur. Tertia denique, quæ una proposi-

tio in aliā conuertitur mutatis terminis de subiecto in prædicatum, & è contra, & de hac est nostra quæstio & controver-sia.

In hac q. i. sententia est autho-ris summularū Villapandei sic conuersionem dissimilans, est Per mutatio subiecti in prædicatum, sed licet definitio hæc contem-nenda non sit, non tamē est qui ditatiua, sed rudis quædam descriptio ex modo quo sit conuera-sio desumpta, ut ipse auhor sa-tetur, dicens, ut pingui Miner-ual loquamur.

Secunda sententia est aliorū recētiorū dicentium sic esse definiendā, conuersio est oratio in qua per solam transmutati-onem terminorum, unum ex aliis colligitur, unde isti fatentur cō-versionem esse quandam specie argumentationis.

Sit conclusio cū hac secunda sententia, quæ probari optime potest, nā in conuersione seruata condicione omni requisita nunquam datur antecedens verum, & consequens falsum, arguendo à propositione conuer-sa ad conuertentem: ergo est op-tima consequentia, & in eius de-finitione oratio ponitur, ut gen-us reliquæ particulae sunt dif-ferentia, quia in nulla alia conse-quentia unum colligitur ex aliо per solam transmutationem terminorum.

Contra conclusionem dices, in entimemate est una tantum proposi-

propositio, sicut in conuersione: ergo non est diuersa species ab illa, respondeatur negando consequentiam, quia in entimate non colligitur aliquid ex sola terminorum transmutacione, sicut in conuersione.

Secundo obijcies, haec est optimi conuersio, omnis homo est animal. Aliquod animal est homo, & tamen non est argumentatio, quia non est nota illationis. Respondeatur non esse conuersionem formaliter, sed solum materialiter, quia in conuersione formalis ex conuersa debet colligi conuertens, & non colligitur nisi ponatur: ergo.

Sit secunda conclusio conuersio optime dividitur in simplicem per accidens, & contra positionem, simplex id est quod conuersio simpliciter, per accidens id est in partem contra positionem ex finitis terminis in infinitos.

Quæstio secunda, Vtrum regule conuersionis sint regulae.

Respondeatur breviter hac conclusione omnis doctrina Arist., in hoc capite traditi de conuertendis propositionibus de inesse est vera, & nulla alteratione conclusionis probari potest, quam per inconuenientia, quæ Aristoteles addu-

cit, dantur duæ contradictoriae simul veræ vel duæ contrariae etiam simul veræ, quod est maximum inconueniens.

Contra conclusionem sic insurgo, inconueniens quod adducit contra negantem conuersionem vniuersalis negatione fundatur in syllogismo expositorio de quo nōdum egerat Ari stoteles: ergo probat notum per ignotius, quod est absurdum.

Respondeatur concedendo antecedens negando consequentiam quia syllogismus expositorius est ita evidens, ut negari nequeat: unde est notior omnibus & sic per illum satis bene probatur conuersio: nam quis negare poterit hunc argumentandi modum. Si homo est A, & lapis est A. ergo homo est lapis & lapis est homo.

Secundo sic argumentor hec propositio nullus homo est omne animal est negatur, & nō potest conuerti simpliciter; ergo: quia non valet, ergo nullum animal est homo respondeatur sic esse conuertendam, nullum quod est omne animal est homo. Similiter nullus senex erit puer, debet sic conuerti nuli qui est vel erit senex erit: puer ergo nullus qui est vel erit: puer erit senex quia debet seruari ea dem ampliatione, & sic utraque est forma.

Tertio sic argumentor, particularis negativa continetur

sub vniuersali negatiua, ergo si conuertitur vniuersalis negatiua, conuertitur etiam particula ris negatiua. Respondeatur distinguendo maiorem, particula ris negatiua continetur sub vniuersali, distinguo, tanquam inferius nego, sed tanquam sub alternata distincta, & ideo non sequitur conuerti etiam vniuersalis negatiua conuertatur. Nec obstat, quod inferatur ex illa, quia hoc non sufficit, ut si vna conuertatur, etiam alia.

Quarto argumentor, vniuersalis negatiua conuertitur per accidens, quia valet nullus homo est lapis: ergo aliquis homo non est lapis, &c. ergo si conuertitur per accidens conuertitur per negatiuam particularem, respondeatur negando, quod conuertatur per particularem negatiuam, quia potius negatiua particularis in vniuersalem negatiuam, ex eo quod colligitur ex ille, conuertitur seu reductitur.

Obijcies quare Arist. prius egit de conuersione propositionis vniuersalis negatiue quam de alijs, respondeatur, quia per se etior modo conuertitur quam aliue. Secundo quia per conuersionem illius probamus conuersionem aliarum, quia ad dandum duo contraria simul esse vera in conuersione vniuersalis affirmatiue, necessarium est, conuersione vniuersalis negatiue utamur. Si similiter ad danda duo contraria simul vera neganti conuer-

sionem particularis affirmatiue vtendum est eadem conuersione vniuersalis negatiue, sine qua id minime fieri potest.

Argumentor etiam. Hæc est bona conuersione omnis homo est risibilis: ergo omne risibile est homo: ergo iam vniuersalis affirmatiua conuertitur simpliciter, ac per consequens est falsa regula Arist. respondeatur esse bonam conuersionem ratione materiae, non tamen ratione formæ, quia in simili forma datur antecedens verum, & consequens falso ut cum dicimus. Omnis homo est animal: ergo omne animal est homo, & etiam particularis negatiua aliquando conuertitur, tamē ratione materiae, ut si dicamus aliquis homo non est lapis: ergo aliquis lapis non est homo, tamen in simili forma datur antecedens verum & consequens falso, ut aliquod animal non est homo: ergo aliquis homo non est animal.

Vltimo argumentor, particularis propositione non conuertitur simpliciter: ergo falso docuit Arist. antecedens probatur, aliquis homo est in domo: ergo aliqua dominus est in homine, ecce prima est vera & secunda falsa. Similiter aliquis homo est mortuus: ergo aliquid mortum est homo. Similiter prima est vera & secunda falsa, respondeatur primam sic esse conuertendam: ergo aliquod existens in domo est homo. Secunda ergo aliquod mora

mortuū est vel sicut homo, quia prima etiā facit hūc sensum, ali quis homo est mortuus, id est, aliquis homo est vel sicut mortuus.

Si roges ultimō quare si convertatur vniuersalis affirmatiua simpliciter detur antecedēs verum, & consequens talsum. Res-

pondeo id esse, quia prædicatū suponit confusio in conuersa, & in conuertente supponeret distributiuē ut si dicamus. Omnis homo est animal: ergo omne animal est homo, ecce animal in prima est confusum & in secunda est distributum.



CAPUT TERTIUM.

DE CONVERSIO NE propositiorum de modo.

Inventum Arist. in hoc capite est agere de conuersione propositionum modaliū, caput hoc in duas distibuitur partes, in prima parte explicat Arist. qualiter conuertantur propositiones de necesse, in secunda vero parte explicat acceptiones contingentis, & quomodo contingens conuertatur.

Ad primam partem accedēdo, inquit Arist. eodem modo conuertuntur propositiones de necesse, quo explicuimus in precedenti cap. conuerti propositiones de in esse, propositiones vero de contingentia non sic. Pro quo aduertendum est nobis, inquit Aristoteles, quod contingens sumitur tripliciter, primo modo pro eo quod est ne-

cessarium, qua ratione dicere solemus, cōtingens est hominē esse animal. Secundo, pro eo quod est, ita ut potuit non esse, qua ratione dicere solemus, cōtingens est hominem esse albus, tertio pro eo quod possit esse, & non esse, qua ratione dicere solemus contingens est, crastina die legere lectionem, quia possibile est legere, & non legere: adhuc contingens, hoc tertio modo summittur tripliciter, primo modo pro eo quod fere semper ita accidit, posset tamen aliquando non accidere, ut pluvere in hyemine & hoc dicitur, contingens, ut in plurimum. Secundo modo pro eo quod fere numquam accidit, posset tamen aliquando accidere, ut hominem

nasci monstruosum, & hoc dicitur contingens raro. Tertio modo pro eo quod æqualiter possit esse & non esse, ut legere, & hoc dicitur contingens ad utrumlibet, seu contingens plenum, seu contingens tertio modo.

Inquit ergo Aristoteles, q̄ si contingens sumatur ab hoc tertio, cuius propositiones convertuntur, sicut propositiones de necessitate: si vero sumatur hoc tertio modo, non similiter quia propositiones universaliæ affirmatiæ, & particularis conuertuntur in aliam particularē, universaliæ negatiæ non conuertitur, intellige simpliciter, quia affirmatiæ habet figuram, id est, quia subse contineat universalem affirmatiæ, quæ non conuertitur simpliciter, particularis vero negatiæ conuertitur, & hæc de litera.

Circa hoc caput est unica disputatione de conuertione.

CONVERSIO Quæcum ad nos attinet triplex est, una tamen minorum, quæ dicuntur ad conuentientiam, quia unus infert alterum, & infertur ex illo, ut homo & risibile, alia sylogismorū, quæ à nobis dicta est reductio per impossibile. Tertia propositionum, & hæc est duplex, una quando loco

vnius propositionis sumimus & liam oppositæ qualitatibus, ut homo est animal, animal nō est homo & hæc potius dicitur controversia, quam conuersio: alia vero quando sumimus alteram propositionem eiusdem qualitatibus, ut homo est animal, animal est homo, quæ dicitur reciprocatio propositionum, & de hac in præsenti disputamus, alijs omisssis.

Quæstio prima. Est quid sit conuersio propositionum, an sic species argumentationis.

Proocuius intelligentia primo notandum est, quod conuersio sic diffinitur à Villalpando capite secundo huius libri. Conuersio, est conuenientia duarum propositionum, habentium eadem extrema, mutato ordine inuariata gradate. & veritatis. In qua definitione loco generis ponitur conuenientia, prout se extendit ad conuenientiam generis, & affirmationis & negationis, & ad alias conuenientias, cætere particulae ponuntur loco differentiæ dicitur, Duarum propositionum, ad excludendam conuersionem terminorum, dicitur, Habentium eadem extrema, quia conuersa, & conuertens debet habere eosdem terminos. Vnde ista nō est conuersio, homo est animal ergo animal est sibilis: dicitus mutato

mutato ordine, quia quod est subiectum in una, debet esse prædicatum in altera, & è conuerso, dicitur in variata qualitate, quia cōversa, & conuertens, aut utraq; debet esse affirmativa, aut verae que negativa, vnde ista non est conuersio: homo est animal: ergo animal nō est homo, sed potius opositio: dicitur tamen, in variata veritate, quia si conuersa est vera, conuertens necessario debet esse vera, quamvis nō è contra, quia posset esse conuersa falsa conuertente existente vera, vt homo est albus: ergo aliquod album est homo: & ratio est, quia sub conuersa falsa, posset contineri conuertens vera, sicut in antecedenti falso, posset contineri consequens verū, quamvis non è conuerso.

Secundo notandum est, quod præter conditiones in definitione assignatas, vt ista cōversio recte fiat, hæc omnes conditiones requiruntur, quarum prima est quod nullus terminus distribuitur, quin sit distributius in cōversa. Vnde hæc est mala conuersio: aliquod animal non est homo: ergo aliquis homo nō est animal. Secunda conditio est, quod seruetur eadem appellatio, propter quod, hæc est mala conuersio: homo est nomen: ergo nomen est homo: quia mutatur appellatio huius vocis homo. Tertia conditio est, quod seruetur eadem ampliatio, & restrictio terminorum, vnde hæc

est conuersio: aliquis puer erit senex: ergo aliquis senex erit puer, qui terminus puer in utraque propositione, debet ampliari, ad puerum, qui nūc est, & qui futurus est senex, sed potius cōuertitur in hæc: ergo aliquis, qui erit senex, nunc est puer, non tamen requiritur, quod semper seruetur eadē quantitas, quia in propositione conuertenti, potiet esse æqualis, aut minor quantitas, non tamen posset esse maior: ratio autem horum omnium condiciorum est, quia propositione conuertens, debet esse talis, vt continetur sub conuersa, eo quod necessario requiriuntur istæ omnes conditiones, vt insipienti peculiare patet.

Præterea notandum est, quod conuersio est triplex, simplex, per accidens, & contrapositionem. Conuersio simplex est, in qua debet conseruari eadē quantitas, in utraque propositione, in conuersione per accidens debet mutari quantitas, ac tandem in conuersione per contrapositionem, tamen termini finiti debent mutari in infinitos, et hæc ultima non est vere conuersio, quia cum termini finiti, & infiniti, sint inter se diuersi, non participant eisdem extremis, quod necessario requisitur ad conuersionem. Primo quia ista conuersio, non est utilis ad reductionem syllogismorum. Secundo quia ad nullas scientias pertinet, & propter hoc Aristoteles

teles eius non meminit.

His dictis tota difficultas est, an conuersio sit argumentatio ex antecedenti, & consequenti cōposita, an vero aliquid a iud, & respondetur hac conclusione, conuersio formaliter, non est argumentatio: hanc conclusionem tenet Albertus, tract. 1. cap. 8. & probatur ex Aristotele, qui in fine huius lib. enumerans omnes argumentationis species, conuersione non meminit.

Secundo, quia Alexander, Philoponus, & Averroes, & alii autores dissidentes conuersionem in eiusdefinitione, non ponunt argumentationem, que maxime ponit deberet: sentiunt ergo conuersionem, non esse argumentationē. Et ratione probatur primo, quia si conuersio esset argumentatio, sequeretur reductionem, non posse fieri per conuersionem, cum sit praecepitum munus illius: probatur sequela, quia deductio sit contra negantes, vim, & efficaciam syllogismi imperfecti: ergo debet probari per aliquid notius, & efficacius ipso syllogismo: sed inter species argumentationis syllogismus est per se fustissimus, & notissimus: ergo non debet probari per argumentationem, sed talis deductio probatur per conuersionem: ergo conuersio non est argumentatio. Secundo probatur à priori, quia ad discursum requiritur quædā

cognitio, qua ego cognosco prædicatum in esse subiecto: propter aliquid tertium: ergo ad omnem discursum requirūtur tertium, sed in conuersione sunt tantum duo, ut patet, cum dico, aliquis homo est animal, aliquid animal est homo: ergo conuersio non est discursus, ac per consequens, neque argumentatio: vnde tantum est quoddam principium syllogisticum, sicut, dici de omnibus, & dici de nullo.

Posset aliquis primo sic obiecere. Conuersio est necessaria illatio conuertentis, ex conuersa: sed nihil aliud requiritur ad argumentationem: ergo conuersio est argumentatio. Ad hanc obiectionem respondetur negando maiorem, quia ad illationem duo requiruntur. Primum quod id, quod infertur sit diuersum ab eo, ex quo infertur. Secundū quod inferatur per aliquid tertium sumptū in antecedenti, & concessum, hæc autem omnia deficiunt conuersiōnē, quia in ea conuersio deducitur, ex conuersa propter identitatem, vel omnino modam, qualis reperitur in conuersione simplici, vel aliqualem, qualis reperitur in conuersione per accidens.

Secundo posset aliquis efficaciter sic obiecere. Sequitur ex dictis, quod discrusus non sit argumentatio, sequelā sic probo, in discrusu consequēs non deducitur ex antecedenti, Propter aliquid tertium: ergo antecedens probo.

probo, quia cū dico, omnis homo est animal: ergo hic homo est animal, & hic homo est animal, &c. tamen sunt duo termini, videlicet, homo & animal: ergo. Ad hanc obiectionem respondetur neganda sequelam, quia in discurru, reuera consequens de ducitur ex antecedenti, propter aliquid medium positum in antecedenti, ex eo enim colligo, quod hic homo sit animal, quia hic homo est homo, & omnis homo est animal, atque adē illa partcula homo: habet vicem duplicitis termini, quia in antecedenti sumitur vniuersaliter, in consequenti vero singulariter, quia ratione cōsequēs est diuersum ab antecedenti, quia sub illo continetur.

Tertio possit aliquis sic obiectare Aristot. probat conuersione propositionum, sicut iullo gismum deducendo ad in cōueniens negantes illam: ergo sentit conuersione esse argumentationem. Respondetur negando consequentiam, quia etiā prima principia, hac ratione probari possunt. Neque obstat, quod conuersio proponi soleat, in forma argumentationis, ut patet cū dico, homo est animal: ergo animal est homo, antecedens est, verum: ergo & consequēs, quia hoc tantū sit, ut conuersio clarius fiat, & breuius & expeditius procedat: neq; in Arist. hoc 2. capite inuenies conuersionē per modū argumentationis propositā.

Quæfio. II. Est, qualiter conuertantur propositiones carentes modo que dicuntur de ineffe.

Circa hanc difficultatem asserto primo, quod propositiō vniuersalis negativa, cōuertitur simpliciter, quod docet Aristot. in hoc 2. cap. & probat hac ratione: quia si hæc est mala conuersio: nullus homo est lapis: ergo nullus lapis est homo: conuersa est vera, & conuertens falsa; videlicet, nullus lapis est homo: sed si hæc est falsa: ergo eius contradictorium debet esse verū, videlicet, aliquis lapis est homo: ergo aliquid est in rerum natura, quod sit lapis, & quod sit homo: hoc sit b. b. est homo, & est lapis: ergo homo est lapis: cōsequentia est ligata, antecedens est verum: ergo & consequens: sed hoc cōsequēs est verum: homo est lapis, & est contradictoriū conuersa ad nisi, ut veræ, videlicet, nullus homo est lapis: ergo dantur duo contradictionia simul vera: vnde huius probationis vis, nō consistit in conuersione propositionis particularis affirmatiōe, ut aliqui volunt, sed in syllogismo expositorio, cuius vis, & efficacia nulla ratione negari potest.

Contra rationem Aristotelis possit aliquis primo, sic obiectare, ex eo quod conuersio sit mala, non sequitur, quod conuersa sit vera, & conuertens falsa,

quia

quia posset multis aliis vitiis vitari: ergo ratio Aristot. est nulla. Ad hoc respondetur concessio antecedenti, negando consequiam, quia licet verum sit, hoc non esse semper necessarium, tamen effectus conversionis ad hoc tendit, quod ex vi formae non repugnet dari conuersam veram, & conuertentem falsam: unde si possit id i, poterit etiam fieri in qualibet materia, quia conversione non tantum respicit ad materiam, quam ad formam.

Posset aliquis secundo obiciere, a iust. probat hanc conuersationem per syllogismum ex posteriorium; sed non explicauerat vim, & efficaciam syllogismi: ergo probat notum per ignorantius: ad hoc responderetur, quod ratio Aristot. non tam innitur dispositioni syllogismi, sed experientiae, & efficacie illius, que nulla ratione negari posset.

Contra conclusionem allata, posset aliquis sic obiciere. Si propositio vniuersalis negativa conuertitur simpliciter, sequitur, quod particularis negativa similiter conuertatur: sequelam sic probo: quia quid competit superiori, debet etiam competere inferiori: sed vniuersali negativa competit conuersio simplex: ergo etiam competit competere particulari negatiuæ, quæ sub illa continetur. Ad hanc obiectionem respondetur negando sequela, non enim, quo i competitor superiori, competit etiam inferiori,

sed quod essentialiter illi competit, competet etiam inferiori, non autem, quod competit propter aliquam rationem, vel quod competit accidentaliter, & quia conuersio simplex competit propositioni vniuersali negatiuæ, quatenus vniuersalis est, & haec vniuersalitas, non repetitus in particulari, ideo illi non competit conuersio simplex.

Secunda posset aliquis sic obiciere: propositio vniuersalis negativa, quipollit omnibus particularibus negatiis: sed conuersio vnius & equipotentis, conuenit etiam alteri: ergo sicut conversione simplex, conuenit vniuersali negatiuæ, debet etiam competere particularibus. Responderetur, quod propositio vniuersalis negativa, non quipollit particularibus, sed oīnīs singularibus sumptis simul, & ita illis simul sumptis competere poterit conuersio simplex, sicut competit vniuersali negatiuæ.

Posset aliquis tertio sic obiciere: hæc est bona consequentia: nullus homo est lapis: ergo aliquis homo non est lapis, & hæc nullus homo est lapis, infert hæc nullus lapis est homo, quæ infert hanc, aliquis lapis non est homo: ergo de primo ad ultimum, hæc est bona consequentia, aliquis homo non est lapis: ergo aliquis lapis non est homo, & per consequens propositio particularis, negativa conuertitur simpliciter. Ad hoc responderetur negando

gando hanc ultimam consequētiā, quia ut sit de primo ad ultimum non debemus assumere tot propositionum conuersiones, sed ex conuersione particularis negatiue deducere alias conuersiones, quo usque ad aliam particularem deueniamus, hoc tamen nulla ratione fieri potest aut si possi, cogita.

Posset aliquis quarto sic obiciere: hæc est propositio vniuersalis negatiua, & vera: nullus homo est omne animal, & tamen si conuertatur simpliciter, conuertitur in hanc, nullum animal est omnis homo, quæ est falsa: ergo nulla ratione conuertitur simpliciter.

Respondetur, quod hæc est propositio mixta, quia habet subiectum vniuersale, & prædicatum particulare, atque adeo non debet conuerti simpliciter in aliam particularē, sed potius in aliam in qua seruetur eadem suppositio terminorū, videlicet, aliquod animal non est homo, aut in aliam, in qua prædicatum sit cum eodem signo, & illi addito signo subiecti, ut si dicamus, nullum omne animale est homo, hæc regula est obseruanda in propositionibus mixtis, quia non solum debemus attendere ad signum subiecti, sed etiā ad signum prædicati, plures obiectiones, circa hoc dici poterat, omittuntur tamen, quia nullam habent difficultatem, si ad conditiones, ad conuerſionē requi-

sitas in praecedenti difficultate explicatas attendamus.

Affero secundo circa hanc difficultatē, quod propositio particularis affirmativa conuertitur simpliciter: hanc conuersiōnem probat Aristot. hac ratione. Quia si hæc est mala conuersio: aliquis homo est albus: ergo aliquod album est homo: ergo conuersa, est vera, & cōuertens falsa: hæc est falsa aliquod albus est homo: ergo eius cōtradicitorium debet esse verum, videlicet, nullū album est homo: hæc conuertatur: nullus homo est albus, conuersa est vera: ergo cōuertens, sed hæc cōuertens est vera, nullus homo est albus, & est contradictoriū illius admis̄sæ, ut veræ, videlicet, aliquis homo est albus: ergo dantur duo contradictionia simul vera.

Contra hanc conclusionem posset aliquis sic obiciere: hæc est propositio particularis, & vera: aliquis populus est amicus rerum nouarum, & tamen si conuertatur, conuertitur in hæc, alius amicus rerum nouarum est populus, quæ est falsa, quia unus homo non facit populum; sed plures: ergo non conuertitur. Respondetur, quod cum in conuerſione, beat remanere idem sensus invtraque propositione, s̄pē multa debent mutari in cōuertēte, quæ non fuerant mutata in conuersa, & idco, aliquando mutatur numerus alicuius termini, & ita illa propositio conuer-

conuertitur in hanc, aliqui amici rerum nouarū sunt populus.

Aliquando ponitur aliquid explicite in conuertenti, quod nō erat possum in conuersa, ut patet cum dico: homo est pius, quæ conuertitur in hanc, pīctū est id, quod est homo, & tādem tot debent mutari, quæ requiruntur ad eundē sensum seruandum, dummodo non aduerseremur conditionibus bonæ conversionis.

Secūdo posset quis sit obīcere, hæc est propositio particularis affirmatiua, & vera, ut ex eō muni modo dicendi patet: aliquis homo est mortuus, & tamē quamvis seruentur conditiones allatae, si conuertatur debet conuerti in istam, aliquid mortuum est homo: quæ propositio est falsa: ergo particularis affirmatiua non debet conuerti simpliciter. Respondetur, quod ut illa propositio conuersa sit vera, videlicet aliquis homo est mortuus: homo debet sumi amplè, pro ut se extendit ad hominē, qui est, vel fuit, ita ut efficiat hunc sensum: homo qui est, vel fuit mortuus: & cū eadē ampliatione debet sumi in conuertente, ita ut redat hūc sensū, aliquid mortuū est, vel fuit homo, & hac ratione conuersa, & conuertēs erūt veræ.

Affero tertio, quod vniuersalis affirmatiua nō conuertitur simpliciter, sed per accidens ratio primæ partis est, quia si conuertetur simpliciter, argumētaremus

ab in distributo ad distributū, vt patet, cū dico: omnis homo est animal: ergo omne animal est homo: hoc tamē intelligendum est, dūmodo sitvñ signū ex parte subiecti: nā si addatur alterum signum vniuersale ex parte prædicati, bene poterit conuertī sim pliciter, quia nō sequitur, istud incōueniens, ut si dicamus: omni homo est omne animal: ergo omne animal est omnis homo, aut si dicamus omne animal est homo; secundam partē probat Aristot. deducendo ad inconueniens, sicut fecit in conuersione particularis affirmatiue.

Quarta & ultima assertio est, quod propositio particularis negativa nō conuertitur simpliciter, neq; per accidens, hac enim ratione argumētamur ab in distributo ad distributū, vt si dicamus, aliquis homo nō est lapis: ergo aliqui lapis nō est homo; sed tamen conuertitur per contrapositionem, quæ conuersio non est vera, nec propria, nec ad nostrum intellectum utilis.

Disput. H. De conuersione propositionū modalium.

CVm duplex sit propositionū genus, modalum scilicet, & rbsolutarum, harum conuersione explicata, necessarium est ad alias deuenire, de quibus prima difficultas est, quid sit proposi tio modalis, & quotuplex,

Pro cuius intelligētia aduentū est, quod propositio modalis ut ex sumulis patet, est quæ afficitur aliquo modo propriæ dicto, iste autem modus est vox significatiua, determinās totam cōexionē propositionis ratione materiæ, dixi, determinans totam connexiōnē, ad excludendas aliquas particulas, quæ solū determinant aliquā partem, ut casus oblicus, qui solū determinat rectū, cui adiungitur, & ad uerbiā, ut velociter, tarde, quæ tantū determinant verbum, cui adiunguntur: dixi ratione materiæ, quia sunt aliæ particulæ, quæ determinant propositionē ratione formæ, ut verū & falsum, qui proprie modinō sunt, isti vero modi, determinant habitudinē, & connexionem subiecti ad prædicatum, & prædicati ad subiectum, quod ad propositionis materiam spectat.

Secūdo notandum est, quod quæ admodū materia propositionū, est triplex, necessarii, cōtingēti, & remota, ita etiā modus necessarii, qui deseruit ad materiā necessariā, cōtingens ad cōtingentē, & impossibile ad remotā, quib⁹ additur, possibile, quia est quæ si aliquid superius, & abstrahens à cōtingēti, & necessitate, nam quod est contingens possibile dicitur & similiter id quod est necessitatem. Tertio notandum est, quod licet materia propositionū sit triplex omnes tamē propositiones modalis ad duplē materiā referū

tur, videlicet ad materiā necessariā, & ad materiā remotā, quia licet absolute cōtingēs sit, v.g. Petru currere, aut non currere, supposito tamē, quod sit cōtingens, tā necessariū est, quod cōtingenter eueniat, quā quod hominis animal. Ratio huius est, quia quemadmodū est necessariū, quod id quod est necessariū nō possit aliter evenire: ita similiiter, id quod est contingens necessariū est, q̄ contingenter eueniat, atq; adē propositio modalis nō tamē dicit accidere, aut nō accidere, quantūcōtingēs sit accidere, aut non accidere.

Vnde propositiones modales si sunt veræ, sunt in materia necessaria, si vero falsæ in materia remota: cuius rei ratio est; quia si sit vera inter modū, & dictū, est necessaria connexio, & ita est in materia necessaria, si autē falsa intet modum, & dictum est repugnantia, & ideo est in materia remota.

Præterea notandum est, quod propositiones modales, possunt esse cere duplē sensum, aut cōpositum, aut diuisum: tunc propositio modalis esti cōsensum cōpositum, quando p̄:ædicatū appetit supra significatū formale subiecta, ut si dicamus, possibile est albū esse nigū: h̄c propositio in sensu cōposito, redit hunc sensum, possibile est, quod id quod est album perstuerans in albedine, possit suscipere nigredinem: qua ratione falsa est;

tunc vero efficit, sensum diuisum, quando prædicatum appellat supra significatum materiale subiecti, ita ut illa propositio efficiat hunc sensum. Possibile est, quod subiectum habens albedinem, possit suscipere nigredinem, & in hoc sensu vera est.

Ex hoc duplice sensu propositionis modalis, nascitur illa divisio, in cōpositam, & diuisam: modalis diuisa, dicitur illa, in qua modus sumitur adverbialiter: composita vero, in qua sumitur nominaliter: sed licet ex his una dicatur diuisa, & altera cōposita, eadem, utrumque sensum retinere posset, de utriusque ergo conuersione, aliquid dicamus.

Tandem notandum est, quod propositiones modales possunt significare duplē connexiōnēm, inter suos terminos, aut secundum existentiā, aut secundum essentiā: illae significant secundum existentiā, in quibus denotatur unum extremū, non posse existere sine alio, aut posse existere: illae vero secundum essentiā, in quibus denotatur unum extremum esse de essentia alterius, aut non esse: illae autē omnes sunt in duplice différētia: quædam sunt, in quibus est mutua contingentia, seu necessitas inter utrumq; extremū, ut si dicamus necesse est hominem esse risibilem, aut contingens est album esse dulce, & in his conuertendis, nulla est diffi-

cultas: aliæ vero in quibus est mutua contingentia, aut necessitas tantum ex parte vnius extremitatis, ut si dicamus, necesse est Grammaticum esse hominem, in qua propositione necessitas est ex parte Grammatici: quia non potest esse Grammaticum, quin sit homo; non tamē ex parte hominis: quia bene potest esse homo sine hoc, quod sit Grammaticum, & in his conuertēdis est maior difficultas, ne argumentemur à necessitate, vel à contingentia vnius extremitatis ad necessitatem, vel contingentiam alterius.

Facilis tamen fiet, si sequetur idem sensus in utraque propositione, aut si necessitas, vel contingentia, semper sit ex parte vnius extremitatis, ut cōtingens est Grammaticum esse hominem, conuertitur in hanc, cōtingens est hominem esse, id quod existit Grammaticum.

Quest. I. Quot quidem modis conuertantur propositiones modales.

Vltimo notandum est, quod propositiones modales tripliciter possunt cōuerti: primo in oppositam qualitatem, & est quando loco vnius propositionis affirmatiæ sumimus aliam negatiæ, aut est conuersio, quæ habeat eandem connexiōnem cum illa, & eandem confirmantiam

nantiam, & hic est quidam modus conuersonis, qui specialiter conuenit propositionibus de contingentibus, ut cum dicimus contingens est aliquem hominem curere: ergo contingens est aliquem hominem non currere, aut aliquid currens non esse hominem.

Secundo ex parte modi, quando modus universalis conuertitur in particularem, ut necesse est aliquem hominem esse animal: ergo possibile est aliquid animal esse hominem, & hac ratione conuertitur necesse in possibile: & impossibile vertitur in possibile non: sed hic modus conuersonis est parum in usu, & ideo Aristot. eius non mentionat.

Tertio ex parte dicti, & est quando modo in voratio mutatur dictum, ut quando dicimus: necesse est hominem, esse animal: ergo necesse est animal esse hominem, & hic modus conuersonis est, de quo præcipue disputamus, qui modus habet aliquid speciali, quod non repetitur in aliis, & est quod modus inconuersus, & in conuertenti semper est prædicatum, & nunquam mutatur in subiectum: ratio huius est: quia modus est ad iacens rei determinatio: id autem quod adiacet, semper est prædicatum, quia subiectum est quod subiectum.

Quæstio. II. Est, quomodo conuertantur propositiones de necesse, & de impossibili.

ASSE RO primo in hac difficultate, quod propositiones de necesse conuertuntur sicut propositiones de inesse, siue copositæ sint, siue diuisæ: ita docet Arist. in hoc cap. & probatur in una conuersione, quia eodem modo probatur in aliis: ne gat aliquis, hanc conuersionem, necesse est nullum lapidem esse hominem: ergo necesse est nullum hominem esse lapidem: ergo in ea datur conuersa vera, & conuertens falsa: hæc conuertens est falsa: necesse est nullum hominem esse lapidem: ergo eius contradictorium debet esse verum, verbi gratia, possibile, vel contingens est aliquem hominem esse lapidem: ponatur inesse, quia possibile posito inesse, nullum sequitur inconueniens: aliquis homo est lapis; hæc, conuertatur: aliquis lapis est homo: ab esse, ad posse bene valet consequentia, sic, possibile est aliquem lapidem, esse hominem: hæc est vera, quia fuit deducta, per multas bonas consequentias, ex alia admissa, ut vera, & est contradictria alterius conuersæ admissæ etiam, ut veræ, v. g. necesse est nullum lapidem esse hominem: ergo datur duæ contradictriae simul veræ.

Vnde huius conuersionis vis & efficacia, non innititur conuersioni propositionis de possibili, aut contingentia, quæ nondum est demonstrata, sed solum propositioni de inesse, nec obstat, quod Aristot. illam immediate, in hoc probet per conuersioneum propositionis de possibile: quia ibi Aristot. non procedit modo probato, sed supponens, ut certam statim conuersio nem propositionis de necesse.

Posset aliquis, contra hanc rationem inquirere. Quorū sum hic Aristot. assignet propositiones de contingentia, ut opposititas propositionibus de necesse, siquidem hanc oppositionem, nondum explicauerat: & respondeatur rationem esse: quid Arist. in lib. i. de interpretatione explicauerat hanc conuersionem, & isti libri supponunt illos.

Et si queras cur nos arguementum, possibile est aliquem hominem esse lapideum: ergo aliquis homo est lapis, siquidem à potentia ad actum, non valet consequentia. Responderetur hanc non esse argumentationem, sed quoddam principium necessario admittendum ad formam syllogismi, quia possibile posito in esse, nullum sequitur inconveniens.

Sed dices tertio, quod intelligit hoc, dum modo non repugnet, posito, quod sit in hac probatione: quia semel admissus hanc propositionē esse ve-

ram; necesse est nullum lapidem esse hominem, quæ repugnat huic: alius lapis est homo. Respondetur, quod uno inconvenienti dato plura sequuntur, & quia admissa illa propositione, ut vera necesse est nullum lapidem esse hominem admittimus hanc, possibile est aliquem lapidem esse hominem, debemus necessario admittere hanc, alius lapis est homo: quia frustra est potentia, quæ nō reducitur ad actum: vnde quia hæc est vera propositione, possibile est aliquem lapidem esse hominem: ergo aliquando lapis erit homo. Sit igitur statim, alius lapis est homo, qui ait supradiximus possibile posito in esse, nullum sequitur in conueniens.

Plures aliae obiectiones, contra hanc conuersionem fieri poterant, ut quod ista sint malæ conuersiones, necesse est, Grammaticum esse hominem: ergo necesse est hominem esse Grammaticum; necesse est nullum senem fore puerum: ergo necesse est nullum puerum fore senem, necesse est albū esse corpus: ergo necesse est corpus esse album: ista tamen obiectio nis facilime diluentur, si ad conditiones in praecedenti difficultate, explicatas attendamus. Verbi gratia, quod seruetur idem sensus, in utraque propositione, & necessitas, vel contingentia, semper sit, ex parte eiusdem extremi, & ita illæ

Ille propositiones conuertentur hac ratione: necesse esse Grammaticum esse hominem: ergo necesse est hominem esse id quod est Grammaticum, necesse est nullum senem fore puerum: ergo necesse est nullum puerum fore, qui est senex: necesse est album esse corpus: ergo necesse est corpus esse subiectum, quod est album.

Quest. II. De conuersione propositionum, de impossibili.

EST ergo notandum, circa conuersionem modi impossibilis, quocunque impossibile sit, quidam modus negatius, & contineat in se, quandam negationem, ratione cuius est idem quod non possibile, eius propositiones non conuertantur absolute: sicut propositiones de necesse, sed per equipotentiam ad illas. Ratio huius est: quia cum, necesse, sit quidam modus positivus, & omnium perfectissimus: ita debet esse norma, & mensura reliquorum modorum in perfectorum, & præcipue modi impossibilis, vnde propositiones de impossibile & equipollent, suis contradictois deditio in necesse. Ratio est, quia negatio anteposita, facit & equipollere suo contradictorio, & cum impossibile contineat in se quandam negationem, & unum dictum & equipol-

leat alteri, sufficit anteponere impossibile, & eodem modo & equipollent propositionibus de possibili, & de contingentib; dummodo contingens sumatur late, quia si sumatur stricte, continet in se quandam negationem, & ideo difficilius est assignare & equipollentes.

His ergo constitutis prima regula sit: propositio vniuersali negatiua, de impossibili conuertitur simpliciter: quia &quipolleat particulari affirmatiua de necesse: quæ simpliciter conuertitur, & ita eius conuersio probatur per modum possibile, sicut in propositionibus de necesse.

Secunda regula sit particularis affirmatiua, de impossibili conuertitur simpliciter, quia &quipolleat vniuersali negatiua in necesse, quæ simpliciter conuertitur.

Tertia regula, sit propositio particularis negatiua, de impossibile conuertitur per accidens, quia &quipolleat vniuersali affirmatiua, de necesse, quæ sic conuertitur: vnde ista propositio, quæ vera est. Impossibile est aliquem hominem non esse animal, conuertitur in hanc, impossibile est, nullum animal esse hominem. Neque obstat, quod in hac conuersione videamus argumentari, à non distributo ad distributū; quia cum istae conuersiones, non sint per se regulandæ, sed per

propositiones de necesse, ideo sufficit, quod in conuersione vniuersalis affirmatiæ, de necesse nō sic argumētāmur: quia potius in illa argumentamur à distributo ad non distributum, & hoc sufficit: vt ista sit bona conuersio.

Quarta & ultima regula, sit propositionio vniuersalis affirmatiæ, de impossibili non conuertitur: quia æquipollit particula ri negatiæ in necesse, quæ non conuertitur, vnde ita propositiæ, quæ est vera impossibile est omne animal esse hominem nō conuertitur.

Sed vt facilius intelligatur, omnes istæ regulæ, hac vnicâ cōprehenduntur. Propositiones de impossibili eodem modo conuertuntur, sicut illæ propositiones de necesse, cum quibus exi stunt in eodem titulo; ex his quos in modalibus explicui mus.

Præterea notandum est, quod istæ regulæ supra assignatae solum procedunt in propositioni bus modalibus compositis, non autem indiuisis: quia propositiones modales diuisæ de impossibile conuertuntur, sicut suæ contrariæ in necesse, quia illis sunt æquipollentes: ratio huius est: quia negatio poli positiva, est æquipollere suæ contrariæ, in his autem modalibus, negatio semper postponitur.

Quæst. IIII. Est quomodo conuertantur propositiones de contingentib.

PRO cuius difficultatis intelligentia pri no notandum est, quod contingens sumitur tripliciter: primo modo, pro eo quod est necessarium, qua ratio ne dicere solemus, contingens est hominem esse animal. Secundo pro eo quod est, ita ut potuit non esse, vt cum dicimus, contingens est hominem esse al bum, quia posset non esse albus. Tertia pro eo quod posset esse, & non esse, qua ratione dici mus contingens est, legere lectionem: ex his ergo accepti onibus, sola tertia est propria, & ita de propositionibus, hoc tertio modo disputamus: quia propositiones contingentis primo modo conuertuntur, sicut propositiones de necesse: secundo modo sicut propositiones de inesse. ●●

Secundo notandum est, quod inter necesse, & impossibile, cōtingens, hoc tertio modo est, quoddam medium, & ita ali quid participat de utroque, & ali quid excludit: participat in hoc, quod necesse dicit ipsum esse, & impossibile, non esse: contingens vero dicit, quod pos set esse, & non esse: excludit autem in hoc, quod impossibile, ita dicit non esse, vt dicat repug niantiam ad essendū, & necesse ita

it a dicit esse, ut simul dicat repugnantiam ad non esseendum, & contingens excludit repugnatiā, & necessitatē, quia id quod est contingens, potest esse & nō esse.

Ex hoc discrimine nascitur aliud, quod versatur inter impossibile & necesse ex una parte, & ex altera contingens, videlicet, quod si in necesse dictum affirmatiuum sit verum, negatiuum debet esse impossibile, quia si tu dicitum est verū: necesse est hominem esse animal, negatiū erit impossibile, v. g. necesse est hominem non esse animal, & sic in impossibili, at in contingenti, si dictum affirmatiuum sit verum, & contingens dictum negatiuum, debet similiter esse verum, & contingens, vt quia hæc est vera, contingens est hominem currere, hæc etiam debet esse vera contingens est hominem non currere. Et ratio est, quia contingens continet in se, quandoam affirmationem, & negationem.

Præterea notandum est, quod cum contingens excludat duo, repugnantiam, & necessitatem, quævis propositio de contingenti, exponitur per aliam de possibili, de duplice prædicato affirmativo, scilicet, & negativo, ita ut utrumque prædicatum appelletur supra idem subiectum, quia contingenti conuenit, id quod posse esse, & possit nō esse: unde hæc propositio de contingenti: con-

tingens est Petrum currere, exponitur per hanc, possibile est Petru currere, & non currere, & ita illa particula, & possit sumi dupliciter copulativum, & ciuisim copulativum sumitur, quando refertur ad potentiam subiecti, quia Petrus habet potentiam currendi, & non currendi: ciuisim sumitur, quād refertur ad actū prædicati, ita vt licet Petrus habeat potentiam currendi, & nō currendi: non tamen possit currere, & non currere simul, sed pro diuersis temporibus, & hoc explicatur per illud vulgare axioma, v. g. quod habemus potentiam ad duo posita, non tamē ad habenda simul.

Est tamen aduentendum, vt colligitur ex Arist. lib. prædicamentor. c. de oppositis, hoc esse discriminē inter opposita contrarie, & contradicторie, quod vt duæ propositiones oponantur contrarie, necessariū est, quod una ponat, quidquid altera tollit, aut quod una tollat, quidquid altera ponat, vt patet in his propositionibus: omnis homo est albus: nullus homo est albus: at vero vt oponantur contradicторie sufficit, quod una tollat aliquā partē quantumvis minimā, quarū altera ponat, vel quod ponat aliqua partē quantumvis minimā ex his, quarū altera tollit, vt patet in his propositionibus: omnis homo est albus, si quis homo nō est albus.

Ex hoc discrimine colligo, quoddam corolarium, v. g. quod

cum contingēs excludat necessitatē, & repugnatiā illi cōtra dicunt, impossibile, & necesse, vñusquisq; scorsum, aut vterq; simul. Ratio huius est, quia impossibile includit in se quādam repugnantiam, & necesse quādam necessitatē, atq; ad eo huius propositioni, contingens est Petrum currere, omnes ille contra dicunt, impossibile est Petrum nōcurrere. Ratio huius est: quia quālibet exhibitis propositionibus cōtinet in se a i. quid, q; contingens excludit, & hoc sufficit.

Ne tamen in dictis deceptio contingat aduertendū est, quod si propositio de contingentē est vera, quālibet propositio ex supradictis sufficienter illi contradicit. Ratio huius est: quia cum propositio de contingentē est vera vere, excludit necessitatē, & repugnatiā, quālibet autem propositio ex dictis cōtinet aliquid exhibit, & hoc sufficit: at vero si propositio de contingentē est falsa, vt assignemus illi ad e quantum contradictionē, debemus assumere propositionem, de necesse de duplice prædicato, uno affirmatiū, & altero negatiū, aut aliam de impossibili. cūlē rationis, vt si contradictionē correspondat duplice prædicato, quod habet exponens eiusdem contingentis. vnde contradictionē huius propositionis, contingens est hominē esse animal, esse hoc, necesse est hominē esse animal, aut nō esse, vel

impossibile est hominem esse animal, aut non esse, vnde hæc propositio de contingentē, v.g. contingens est Petrum cūrere exponitur, per hāc, possibile est Petrum cū re, aut non cūrere & similiter stat, contingens est, Petrum non cūrere, exponitus per hanc, possibile est Petrum non cūrere, aut cūrere: solum est hoc discrimē, quod cū propositio de contingentē est i. fatimatis, in eius exponenti prius debemus ponere prædicatū affirmatiū, ē contraverò in negatiua prius debemus ponere prædicatū negatiū, & postea affirmatiū.

Præterea notandum est, quod cum contingens includat duo, affirmationē, scilicet, & negationē, tamen quantum atinet ad sensum, tantum valet propositio affirmatiua, quantum negatiua, solum tamen est illud discrimen, quod in diuersis expōnitibus illius explicuimus.

Affero primo, quod propositio particularis affirmatiua conuertitur simpliciter, idem iudicium est denegatiua de contingentē: hanc conclusionem tenet Aristot. & cum eo Buridana, & alij expositores, primam partem conclusionis sic ostendo: i. quia si hæc est mala conuersio, contingens est aliquem hominem cūrere: ergo contingens est aliquod cūrrens esse hominem: ergo cōversa est vera, & conuertens falso: ergo contradictionē conuertit,

entis, debet esse verū. V. g. ne-
cessitatem est nullum currens esse ho-
minem, aut non esse hominem,
hæc est vera, & vniuersalis nega-
tiua cōuertatur: ne esse est nul-
lum hominē currere, aut nō cur-
rere: hæc est vera, & è contradic-
toria conuersa admissa ut ve-
ra. V. g. coatingens est aliquæ
hominē currere: ergo datur duo
contradictoria, simul vera: secū-
dā partē cōclusionis sic probo:
quia in contingentia tantū valet
propositio negatiua, quantū af-
firmatiua: ergo eadem est ratio
de utraque, vnde eius cōuersio
probatur, per propositionem
de necesse, sicut probata fuit
affirmatiua.

Posset aliquis primo, contra
hoc sic obiicere: propositio de
necesse est negatiua: ergo nō co-
tradicit propositio de contin-
gentia. Respōdetur negādo ante-
cedens, quia sicut coatingens cō-
tinet in se quandā affirmationē
& negationē, huiusmodi necesse
continet sic affirmationem, &
negationē, & idē necesse cōtra-
dicit propositio de cōtingēti.
Secūdo posset aliquis sic obiice-
re, in propositione contradictio-
ria, terminus qui in una proposi-
tione supponit copulatiū, cum
eadē copulatione debet sumi in
alii: sed in propositione de con-
tingenti duplex prædicatū sumi
tur copulatiū: ergo in altera de
necesse debet etiā sumi copula-
tiū, & nō disiūctim, vt diximus.
Respōdetur quod illa particula

prædicati debet sumi diuisim, &
cū in alia propositione idē prædi-
catū remaneat, potius debet su-
mi diuisim, & non copulatiū.
Tertio, posset aliquis sic obiicere
oppōsita propositionis de
cōtingenti debet habere dupli-
cē propositionē, & non vñā, de
duplicitate prædicato: ergo falsum
est quod diximus: antecedēs sic
probo, quia propositio de cōtingē-
ti, cōtinet duas propositiones,
vñā affirmatiua, alterā ne-
gatiua: ergo etiam eius contra-
dictoriū debet habere illas, ante-
cedēs probo: quia si propositio
de cōtingēti non habet duplices
propositionē, sequeretur inde
quod nulla propositio de cōtingē-
ti esset vera: sequellā sic pro-
bo: quia propositio de cōtingē-
ti est vera, quādo eius deinesse
est coatingens: sed propositio de
inesse huius propositionis, de
contingenti, coatingens est Pe-
trum currere est hæc. Petrus
currīt, & nō currīt, quod est im-
possibile ergo. Respondetur,
quod illa particula, vt referat
potentiā subiecti in propositiō-
ne de contingentia, sita etiam
debet referre, in propositione
de necesse, ita ut redat hūc sen-
sum. Petrus currīt, & non currīt
pro diuersis temporib⁹, & hoc
bene posset fieri.

Contra nostrā conclusionē,
posset aliquis primo si obiicere
In conuersione propositionis
particularis affirmatiuę dat ali-

quando antecedens verum, & conseq̄ens falsum: ergo solutio est nulla: antecedens sic probo: quia h̄c est vera propositio, vt patet, contingens est aliquem animal esse hominem, cum faciat hunc sensum, possibile est aliquod animal esse hominem, aut non esse hominem, quod verum est, & tamen si conuertatur, conuertitur in istam: ergo contingens est aliquem hominem esse animal, quae falsa est cum faciat hunc sensum, possibile est aliquem hominem esse animal, & non esse animal, quod etiam falso est: ergo propositio particularis affirmativa, non conuertitur simpliciter. Responetur, quod si in conuersatione animal determinare, vt sumi debet quemadmodum ipsa est animal, ita & conuerteas, quia animal determinatum, ita est homo, vt non possit non esse talis, aut si est brutum, ita est brutum, vt non possit esse homo, hoc autem impossibile est, quod idem sit homo, & non sit homo, cum sit diversum, id, quod est homo, ab eo, quod est brutum, & ē cōtra. Secundo posset aliquis sic in surgere, saltē si animal sumatur in communi, h̄c propositio, contingens est animal esse hominem vera est, si animal determinetur per rationale, quod est verum, aut aliquod per irrationale, q̄ etiam est verum, & tamen si conuertatur, conuertitur in h̄c, contingens est aliquem hominem esse

animal, quae est falsa, cum faciat huc sensum: possibile est aliquē hominē esse animal, & non esse animal, ergo. Rursus conueratio nulla est. Respondetur, quod ut iam vidimus, si in aliqua propositione contingētia, se teneat ex parte vnius extremi, in conuertēti debet esse ex parte eiusdem, & quia contingētia, vt in nostro exemplo patet, tantū se teneat ex parte animalis, nō autē ex parte hominis, debet in conuertēti ex parte eiusdem animalis se tenere, a qua ad eō, h̄c propositio, contingens est animal esse hominem conuertitur in istā: ergo contingens est hominem esse id, cui inest animal, quae est etiā vera; cū possibile sit animal alteri in esse, quod nō sit homo, & h̄c solutio vera est, si verbū est sumatur secundū existentiā, quia si sumatur secundū existentiā facilius respondetur, sic enim propositio conuertens absolute est vera; nā sicut contingens est, hominem existere, aut nō existere, ita etiā contingens est hominem existere animal, aut non existere animal. Posset aliquis tertio sic obiice re in conuersione propositionis particularis negatię, de contingēti argumentamur à non distributo ad distributum: ergo conuersio est nulla: antecedens sic probo: quia cum dico contingēs est aliquem hominem non esse album, homo supponit determinate, & cum postea infero, contingens est aliquod album non esse

esse hominem, homo supponit distribuijū, ut patet: ego argumentamur à non distributo ad distributum.

Ad hoc respondeatur, quod cum in contingenti sit hoc speciale priuilegium, verbi gratia, quod ex una parte affirmatiua inferamus aliam negatiua, aut econuerso sic etiam habet hoc quod argumentetur à non distributo ad distributum, licet in hac conuersione absolute non argumentemur à non distributo ad distributum, sed ad distributum aliquaratione. Verbi gratia in primo prædicato negatiuo eius exponentis, non vero in altero, ut si dicamus contingēs est aliquod album non esse hominem, & esse hominē, quæ propositio est exponens cōuerentis, verbi gratia, contingens est aliquod album non esse hominem.

Vltimo posset aliquis sic obijcere, saltem sequitur, quod ista conuersio non teneat ratione formæ, sed tantum ratione materiæ: quia cæteræ propositiones particulares negatiuae similes formæ, quales sunt propositio partcularis negatiua de necessitate, & de inesse non cōuertuntur simpliciter: ergo ista conuersio non tenet ratione formæ. Respondetur negando te quellam quia cæteræ propositiones particulares negatiuae, non sunt eadem forma cū illa. Ratio huius est, quia illæ simpli-

citer sunt negatiuri, & nullā continet affirmationem, particula ris autem negatiua de contingētiatione ipsius contingentis continet in se affirmationem, & negationem, & equipollit particula ri affirmatiue, & ideo cōuer titur sicut illa.

Affero secundo quod propositio vniuersalis negatiua de contingenti non conueritur simpliciter, sed tantum per accidens, sicut vniuersalis affirmatiua. Primam partem conclusionis docet Aristoteles in hoc capite tertio vbi assert, quod propositio vniuersalis negatiua de contingenti non conueritur, quod omnes exponunt simpliciter, ratio huius est quia propositio vniuersalis negatiua de contingenti, tantum valet, quātum affirmatiua, quia vt vidimus in contingenti propositio affirmatiua tantum valet, quantum negatiua, & infert illā, aut ē cōuerso, & ideo sicut vniuersalis affirmatiua non conueritur simpliciter, sed per accidens, ita etiam vniuersalis negatiua.

Ratio secundæ partis est quia si conuerteretur simpliciter datur conuersa vera, & conuertens falsa, quod sic probro. Quia hæc est vera propositio, contingens est nullum hominem intelligere, quæ exponitur per hanc possibile est nullum hominem intelligere, & non intelligere, & tamen si conuertatur conuer titur in istam: ergo contingens

est nullum intelligens esse hominem, quæ exponitur per hanc possibile est nullum intelligens esse hominem, & non esse hominem, quæ est falsa, cum secundum prædicatum vniuersalius habeat duplē negationem, & æquipolleat vniuersali affirmatiuæ, ita ut redat hunc sensum, possibile est nullum hominem intelligere, & omnem hominem intelligere, quæ est falsa. Secunda autem pars conclusionis est falsa quia Deus est intelligens, & nihilominus nō est homo, ut autem propositio copulativa sit falsa, sufficit una pars sit falsa, atque adeo datur conuersa vera, & conuertens falsa, ac per consequens nulla est conuersio.

Sed inquires cur potius non dicamus, quod propositio vniuersalis affirmatiua de contingentib[us] non conuertantur simpliciter, siquidem æquipolleat vniuersali negatiuæ, quæ simpliciter conuertitur.

Ad hoc respondetur, q[uod] propositio vniuersales negatiuæ de contingentib[us] æquipollent affirmatiuis, & ideo debent regulari per illas, non autem è conuerso, & ita sicut diximus, quod propositio particularis negatiua de contingentib[us] conuertitur simpliciter, quia æquipolleat particulari affirmatiuæ quæ simpliciter conuertitur dicere debemus q[uod] propositio vniuersalis negatiua nō conuertitur sim-

pliciter, quia æquipolleat vniuersali affirmatiuæ, quæ simpliciter conuertitur. Obijcies negatiuæ cōversionē simplicē, possunt dari duo contradictoria simul vera: ergo ista conuersio est legitima. Antecedens sic probo: quia neget aliquis hanc conuersionē, contingens est nullū hominē esse albū ergo cōtingens est nullū albū esse hominē: ergo conuersa est vera, & conuertens falsa, h[ec] conuertens est falsa contingens est nullum album esse hominem ergo eius contradictioni debet esse verū, v.g. necesse est aliquid albū esse hominē, aut non esse: h[ec] est vera, & particularis affirmatiua conuertatur simpliciter: ergo necesse est aliquē hominē esse albū, aut nō esse albū, h[ec] est vera & est contradictioni alterius conuersæ de cōtingenti admissæ ut veræ, v.g. cōtingens est nullū hominē esse albū: ergo datur duo contradictoria simul vera.

Ad hoc respōdetur, q[uod] illa propositio de necesse cōtinet in se prædicatu negatiū ratione cuius cōtinet quādā propositionē particularē negatiuā, quæ nō conuertit, ergo ideo nō possunt dari duo contradictoria simul vera.

Sed dices saltem conuertitur ex parte prædicati affirmatiui, q[uod] cōtinet in se aliquā propositionē particularē affirmatiuā, quæ simpliciter conuertitur: ergo ex hac parte dabūtur duæ con-

contradictoriæ simul veræ. Ad hoc respondet ut negando cōse quentiā, quia ut propositio disiuncta sit vera sufficit quod una pars sit vera; sed possū ego dice q̄d veritas p̄positionis se tenet ex parte prædicta i negatiū ratione cujus nō conuertitur sim pli citer, non tamen ex parte p̄e dic at affirmatiū, & hac ratio ne eneruatur totum argumētū.

Sed dīces esterio sequitur ex di tis, q̄d nec conuersio particula ris affirmatiōe nec negatiōe cōtingēt in negatiō posuit, q̄d sic pro bo. Quia etiam propositiō de necesse illi contradicens, ut vi dicimus est vniuersalis de dupli ci prædictato, quorum alterū est affirmatiūm, alterū negatiūm, ratione autem prædictati affirmatiūi contineat vniuersalē affirmatiūm, q̄d si conuertatur, cōuerterit in particularem, & ita ex illa ratiō deducitur propositio sub contraria cōtingēt, quas dari si mul veras incoueniens non est.

Ad hoc respōdetur cū cōti gēs in se cōtineat affirmatiōnē, & negationē habet preuile giū modi affirmatiūi, & negati ui, cū ergo ex uno modo negatiuo assignamus cōtradicitoriu in alio affirmatiuo, non est necesse mutare quantitatem dicti ve r. g. hęc propositio impossibile est aliquod animal, esse hominē cōtradicit huic, necesse est ali quod animal esse hominē, licet in vtraq; dictum sit particulare,

& ita claram est & evidētē col ligi videetur quod ut propositio ni particulari de cōtingēti con tradicat alia propositio dñe cels se non videtur in conueniēs ne q; inter cēst, q̄d vtraque sit parti cularis propositio de dicto, quia ut iam vidi mus hęc propositio p̄cipue attenditur ex modo.

Dices ultimō, sequitur ex dictis, q̄d male assignetur pro cōtradictorio particularis de con tingenti, vniuersalis denecesse: quia quando sit propositio ex uno modo negatiuo ad affirmatiūm, non solum vtrumque di cūm potest habere eandem quantitatē, sed necessarium est, quod habeat illam, alias con tradictoriæ exunt simul falsa, ut si dicamus impossibile est ali quod animal esse hominem, necesse est omne animal esse hominem: ergo debemus assignare particularem denecesse. Respondeatur quod contingens cum contineat affirmationem participat aliquid de modo positiuo, & ita licet mutare quantitatē, quia quando ex uno modo positiuo ad alium assignamus contradicitorium, quantitas mutari debet, & ita in con tingenti possimus mutare, ut participat de modo affirmatiuo, & non mutare quia participat de negatione.

Secundā partē conclusionis, q̄d scilicet vniuersalis negatiua de contingenti conuertantur per accidens.

accidens. Probo, primo quia vniuersalis affirmativa sic conuerterit, quod assignauit Aristoteles dum dixit, quod vniuersalis negativa non conuerterit intellege simpliter, quia affirmativa habet figuram, id est, quia in se continet vniuersalem affirmatiuam. Secundo probari potest deducendo ad duo contradictiones, seu contraria simul vera, si eut fuit probatum in conuersione particularis.

De possibile non est cur in speciali dicamus solum oportet ad uterque quod si possibile sumatur late, eius propositiones conuertuntur sicut propositiones de necessitate, & debent probari per ordinem ad illas, si vero sumatur stricte eodem modo conuertitur sicut propositiones de contingentibus, prior tamen acceptio pro priori est, & iuxta illum communiter accipi solet.



CAPUT QUARTUM.

DE PRIMA FIGVRA syllogismi.

Ntentum Aristot. in hoc capite est agere de prima figura, caput diuidit in duas partes, in prima patte explicat Aristoteles, primam figuram & medium illius, in secunda combinationes utiles, & in utiles quae in hac figura fieri possunt. Ad priam accedendo partem definit Aristoteles primam figuram sic, quando postremum est in toto medio, & medium in toto primo, sit vel non sit, necesse est extremitatum perfectum fieri syllogismum, postremum vocat minorem extremitatem

quam ita appellat, quia ponitur in minori propositione, que est pars postrema antecedentis, per primam intelligit maiorem extremitatem quam ita vocat, quia ponitur in maiori propositione cum medio quae est pars prima antecedentis: per sit vel non sit intelligit Aristoteles, quod maior propositio sit affirmativa, vel negativa, esse in alio inquit Aristoteles, quod est quando medium subjicitur in propositione affirmativa, & non esse in alio quando subjicitur in negativa. Inquit deinde Arist. ut eius mentem clarius explicemus, quando

quando medium prædicatur de minori extremitate, & subiicitur maiori, tunc necessarium est in prima figura colligi syllogismum, qui necessario debet esse perfectus.

Definit autem medium, hac ratione, medium est quod & ipsum in alio, & aliud in ipso est, quasi diceret, medium est, quod partim prædicatur, partim vero subiicitur, extremitates vero vocat, quæ simul in antecedenti, & iterum in consequenti collocantur.

In secunda parte capitinis explicat combinationes utiles & inutiles, in utiles sunt duodecim, quas Aristoteles excludit, quia in illis colliguntur termini in quibus omni, & in quibus nulli, utiles vero sunt quatuor, quas explicuimus primo libro summularum cum de syllogismo disputauimus, & ita illas recensere superfluum est.

Disputatio Unica de compositione syllogismi, & distributione illius in suas figuras.

IN capite primo huius lib. explicuimus naturem syllogismi, quasi Metaphysice eius essentiam & definitionem indeclarando, nunc autem oportet, quasi Phisice eius compositionem, & partes explicare.

Quæstio prima, Quid sit figura syllogismi, & complex.

Aristoteles in hoc capite non diffiniuit figuram in communi, posset tamen ex definitione partium eius definitio facile colligi est ergo figura syllogismi debita dispositio medij cum extremitatibus, quæ admodum enim figura Mathematica consurgit ex dispositione linearum, ut patet in triangulo, & quadrangulo: sic etiam syllogistica conlurgit ex dispositione terminorum, cum tamen hæc ordinetur ad inferendam conclusionem tanquam ad finem ex antecedenti, & non ex conclusione: ratio figuræ debet attendi, & quia in antecedenti præcipius terminus est medium ex eo enim extremitates coniunguntur inter se in conclusione, quia in antecedenti simul cum medio coniunctæ fuerunt) ex dispositione medij colligitur syllogismi figura.

Affero ergo in hac difficultate, quod figura syllogismi figura tantum est triplex, ita docet Aristoteles in hoc capite, & cum eo fere omnes eius expositores: hæc conclusionem probo hac ratione. Quia figura syllogismi colligitur ex dispositione medij: sed hæc dispositio tantum est triplex: maior patet, minorem probo, quia, aut mediū est subiectum in maior, & prædicatū

in minori, & sic est prima, aut prædicatum in utraque & sic est secunda, aut subiectum in utraque, & sic est tertia, & non posset aliter recte variari, igitur syllogismi figura tantum est triplex.

Posset aliquis contra nostrā conclusionē primo sic obijcere est aliadispositio medij v.g. quādo medium est prædicatum in maiori, & subiectum in minori ergo debet dari alia figura. Propter hoc argumentum adidit Gal. quartam & sane si ponenda esset nō posset reduci ad aliquā ex dictis, vt aliqui volunt, cū habeat diuersam dispositionē ab illis, & respondetur non esse ponendam, ideoque Arist. eius nō meminit duplici de causa. Prima quia est præpter consuetudinem cum eius fabricasit adeō difficilis, & tantam exigat advertentiam, vt fere nullus illius existat usus.

Secunda quia præternaturalē ordinē cōcludit duplici de causa primo quia omnes extremitates in conclusione mutant officiū diuersum ab eo quod habeant in antecedenti. Secundo, quia præter materiam syllogismi est quod maior extremitas subiicitur illi medio, quod postea subiicitur minori extremitati, cum ipsa minor extremitas prædicetur de maiori in conclusione, & quia omne genus propositionum recte per aliās figurās colligitur ponenda non est,

Posset aliquis secundo in surgere, sequitur ex dictis quod frustra ponantur ceteræ figurae, præter primam, sequellam: sic probo. Omne genus, propositionum colligitur per primam figuram: ergo frustra assig-
natur ceteræ. Respondetur negando consequentiam: quis hoc sit ad maiorem abundantiam syllogismorum, & cum non omnes propositiones tam facile colligi possint per primā sicut per aliās, imo fortasse est aliqua propositio, quæ non posset probari per primam figuram, vt est hæc: nullus paries respicit, probatur tamen facile per secundam. Omne quod respicit est animal, nullus paries est animal: ergo nullus paries respicit.

Posset aliquis inquirere, quæ sit ista diuisio, qua diuiditur syllogismus in suas figurās. Et respondetur quod est genris in species, quia omnes figuræ differunt in diuersa dispositione medij: sed hæc dispositio essentialiter concurrit ad syllogismum cum pertineat ad proximam materiam illius, vt vidimus capite primo: ergo essentialiter differunt inter se: sed omnes sunt veri syllogismi: ergo & species syllogismi in communī.

Posset aliquis, primo sic obijcere, in omnibus figuris ex eisem terminis posset confici syllogismus, & qui inferat ean-

dem conclusionem: ergo sunt ei-
usdem speciei. Ad hoc res-
pondet negando consequen-
tiā: quia ad hanc diuersita-
tem causandam sufficit diuersa
dispositio terminorum, quia
sicut in Mathematicis ex eis-
dem lineis propter diuersam il-
larum dispositionem diuersae
cōsurgunt figure, ita similiter
in syllogismo.

Secundo posset aliquis
sic obijcere. Omnes illi syllo-
gismi reducuntur ad Barbarā,
& Celarem: ergo sunt eiusdem
speciei. Ad hoc respondetur
negando consequentiā, quia
cum reducitur syllogismus, non
manet eadem dispositio termi-
norū, propter quod non est
idem syllogismus ac anteā p̄r-
existebat. Quemadmodum
omnes numeri etiam si reducan-
tur ad unitates, non sequitur
quod ā sint eiusdem speciei, ita
etiam syllogismi licet reducan-
tur ad Barbarā & Celarem non
ideo sunt eiusdem speciei.

Tertio aliquis sic obijciet, sy-
logismus essentialiter & imme-
diate diuiditur in affirmatiū,
& negatiū: ergo non posset
sic diuidi in suas figurās, r. sp̄n-
detur, quod syllogismus diuidi-
tur essentialiter in affirmatiū
& negatiū ratione proposi-
tionum ex quibus componit
ratione vero dispositionis me-
diū in suas figurās, & sicut illæ
sunt diuersæ cōsiderationis, ita
diuersas faciunt diuisiones.

Sed inquit aliquis, an etiam
syllogismi eiusdem figuræ fact
in diuersis modis essentialiter
differant inter se, & responde-
tur quod syllogismi affirmatiū
eiusdem figuræ essentialiter
differunt à negatiū dupli-
ca causa, prima quia componun-
tur ex diuersis propositionibus
quæ differunt essentialiter, secū-
da quia reducuntur ad diuersa
principia: nam affirmatiū redu-
cuntur, ad dici de omni, & ne-
gatiū ad dici de nullo, at syllo-
gismi eiusdem figuræ solum dif-
ferunt accidentaliter, quia so-
lum differunt per quantitatem,
& ita quantitas accidentalis est
ad syllogismum,

Etiā dicas, qualiter differant
syllogismi directi & indirecti
eiusdem figuræ. Respondetur,
quod in ratione figuræ diffe-
rent essentialiter: quia in illis ea-
dem est propositus medij dispo-
sitione, quæ est ratio penes quam a-
tenditur ratio figuræ.

Sed inquires, quæ ex distis
figuris sit nobilior & p̄fstan-
tior, & respondetur quod pri-
ma figura est inter omnes p̄f-
stantissima dupli- de causa, pri-
ma quia immediate in se con-
tinet illa duo principia, scilicet
dici de omni, & dici de nullo.
Secunda, quia in illa medium
habet convenientissimam dis-
positionem cum permittat ex-
tremi ates eodem munere fun-
gi in consequenti, quo fun-
gebatur in antecedenti. Deinde,
Secunda

secunda figura est nobilior, & præstantior tertia, quia nobilis est medium esse prædicatum in utraque, quod contingit in secunda figura, quam esse subiectum in utraque propositione, quod contingit in tertia; & quia in secunda figura colliguntur propositiones uniuersales, q̄ nō fit in tertia, omnes tamen figurae habent ortum ex conuersione aut transpositione alicuius præmissæ primæ figuræ.

Etsi inquiras, an omnes isti syllogismi ad idem prædicatum deseruant responderetur q̄ in omnibus illis syllogismis posse sunt fieri syllogismi demonstratiui Topici & Dialectici, prima tamen figura acommodatur syllogismis demonstratiuis dupliciti de causa, prima, quia est perfectior, secunda quia ex propositionibus uniuersalib⁹, que magis opere conducunt ad scientiam. Secunda vero figura est acommodatio syllogismis dialecticis, quia per illam præcipue intendimus refellere & refutare aliorum opiniones, & ad hoc pertinent præcipue syllogismi negativi, & præcipue secunda figura, quia immediate innititur illo principio, scilicet, q̄ ex opposito conclusionis inferamus oppositum antecedentis, quod quidem deseruit ad refellendas aliorum opiniones, tertia figura est acommodatissima syllogismis sophisticis, quia sit ex propositionib⁹ particularib⁹

in quibus, vt in plurimum contigit error, & etiam haec figura est acommodata ad syllogismos expositorios conficiendos.

Quæstio secunda. Quid sit modus syllogisticus, & quod inconueniens deducat Aristoteles ex modis inutilibus.

Pro eius difficultatis intelligentia notandum est, quod modus syllogisticus sic possit definiri, Est dispositio propositionum syllogismi secundum qualitatem & quantitatem, hic autem modus duplex est: aliis utilis, & aliis inutilis, modus utilis est, qui habet debitam dispositionem secundum qualitatem & quantitatem ad inferendam recte conclusionem: modus vero in utilis est, qui non habet debitam dispositionem secundum qualitatem, aut quantitatem, vt recte inferat suam conclusionem.

Præterea notandum est, q̄ aliquis modus posset esse inutilis, aut defectu debitæ quantitatis, aut qualitatis ex parte qualitatis posset fieri inutilis triplici causa, prima quādo procedit ex puris particularibus, secunda, quando medium est in distractum in antecedenti, tertia, quando conclusio habet maiorem quantitatem, quam antecedens: ratio duorum priorum est quia

quis quando procedit ex puris particuliari bus, aut ex medio in distributo non sunt illa principie, dici de omni & dici de nullo, quibus omnes syllogismi intutur. Ratio vero posterioris est, quia si consequens habet maiorem quantitatem, quam antecedens, non continetur sub antecedenti, quia minus sub mino ri contineri non potest, q̄ necessarium est ad syllogismum, quia consequens deducitur ex vi antecedentis ex parte qualitatis in generali sit aliquis modus inutilis, quando procedit ex puris negatiuis. Ratio huius est, quia ex hoc, quod aliqua duo non identificantur cum aliquo tertio, neque sequitur q̄ sint eadem inter se, neque quod sint diuersa, atque adeo nō posset colligi propositio affirmativa, neque negativa.

His ergo suppositis generibus principijs, quemadmodū unaquæque figura diuersam habet medijs dispositionem, ita etiam ratione dispositionis diuersas & speciales erigit conditiones, ut in ea syllogismi recte coincident, ad primam igitur figuram duæ requiruntur conditiones, quarum prima est, quod maior propositio sit vniuersalis. Ratio huius est, quia si esset particularis, medium maneret in distributum in utraque præmissa.

Secunda conditio est, quod minor propositio est sit affirmativa:

tiva: quia si sit negativa conclusio debet etiam esse negativa, atq; adeo maior extremitas distribueretur in conclusione, quæ non fuerat distributa in antecedenti, ac per consequens, saltim ex parte prædicati haberet maiorem quantitatem quam antecedens, & ideo non recte colligeretur.

Ad secundam figuram duæ etiam requiruntur conditiones prima, quod maior propositio sit vniuersalis, quia si sit particularis, maior extremitas distribueretur in conclusione, quæ non erat distributa in antecedenti. Secunda quod aliqua expressissim sit negativa. Ratio est, quia cum in secunda figura medium debeat esse prædicatum, in utraque præmissa medium maneret in distributum in antecedenti.

Ad tertiam denique figuram requiruntur etiam duæ conditiones, quarum prima est, quod minor propositio sit affirmativa: quia si sit negativa, maior extremitas distribueretur in conclusione, quæ non erat distributa in antecedenti. Secunda quod conclusio sit particularis, quia si sit vniuersalis maior etiam extremitas distribueretur in consequenti, quæ non distribuebatur in antecedenti.

Ergo notandum, quod licet ex dictis maneat explicatum qui sint modi inutiles, & sufficienter propter rationes dictas

sint exclusi, in hoc tamen capi-
te eos excludit Aristoteles alia
via, quia in illis dantur termini,
in quibus omni & in quibus nulli, da-
ri autem hos terminos est, quod
ex eadem dispositione præmis-
sarum possint inferri proposi-
tio vniuersalis affirmativa, &
vniuersalis negativa, ac per conse-
quens omne genus proposicio-
num, sed nunc difficultas est in
explicando, quod in conueniens
sit id circa quod est magna con-
trouersia inter authores, ea ta-
men omissa facile quid sit dice-
mus.

Est ergo aduertendum, ut
in capite primo vidim⁹ vnus
quisque syllogismus necessario
ex dispositione præmissarum
debet inferre suam conclusionē.
Vnde prouenit, quod vnus
quisque syllogismus determi-
natus ex dispositione debita
præmissarum determinatam in-
ferat conclusionem: quia coœlu-
sio nascitur ex determinata dis-
positione præmissarum, et si ali-
quando vnus syllogismus forte
inferat plures conclusiones, eas
semper poterit inferre, aut infer-
tur dummodo maneat eadem
dispositio præmissarum.

Hoc supposito, quod sylo-
gismi in quibus dantur termini
in quib⁹ omni, & in quibus nul-
li sint in uteis: probatur hac ra-
tione, quia omnis syllogismus
debet necessario deducere suā
conclusionem, itavt si præmis-
sa sint vere illa necessarij de-

bet esse vera: sed hoc non con-
tiogit in istis syllogismis: ergo
sunt iuctiles: minor probatur,
& sumamus aliquem syllogis-
mum, verbi gratia, primæ figu-
ræ, in quo minor est negatiua,
aut iste syllogismus colligit v-
niuersalem negatiuā, & hoc nō
quia aliquando necessario colli-
git affirmatiuam, ut si colligat
negatiuam antecedens erit ve-
rum, & consequens falsum, vt si
dicamus. Omnis homo est ani-
mal: nullus equus est homo: er-
go omnis equus est animal, aut
datur ad colligendam affirmati-
uam, & neque hoc, quia etiam a
liquando debet colligere nega-
tiuam, aut si colligat affirmatiuā
vt si dicamus omnis homo est a-
nimale, nullus lapis est homo: er-
go nullus lapis est animal: tuac
sequitur idem inconueniens,
aut ponatur ad colligendam v-
tramque, neque hoc primo quia
in differens ad plura producen-
da non producit illa necessario
ex se, sed aut debet libere deter-
minari à se vt sit in voluntate,
quæ plura potest facere, aut ab
alio extirpico adiuante, vt pa-
tet in Sole, qui à causis secūdis
determinatur adhuc effectum
potiusquā ad illū producēdum
sed syllogismus necessario de-
bet colligere conclusionem, &
ex se cum colligat illam per ea
quæ posita sunt: ergo non pos-
set esse indifferens ad plures, se-
cundo, quia si posset omnes
colligere posset quamlibet, &

Ita redit idem argumentum.

Sed posset aliquis contra hoc sic obiecere. In syllogismis utilibus dantur termini in quibus omni, & in quibus alicui non, quod est tantum inconueniens ac si daretur, tamen in quibus enim & in quibus nulli: ergo hoc non sufficit ut isti syllogismi sint inutiles maiorem sic probo in syllogismo facto in dari datur termino in quib⁹ omni vt patet cum dicimus. Omnis homo est animal: aliquod risibile est homo: ergo omne risibile est animal, & etiam dantur termini in quibus alicui non, vt cū dicimus. Omnis homo est risibilis aliquod album est homo, ergo aliquod album non est risibile.

Adhoc respōdetur esse disparem rationem, disparitas con-

sistit in hoc, quia syllogismi utilles necessario determinantur ad aliquam conclusionem inferendam, vnde illam necessario debent inferre, et si aliquando contingat, quoā plures alias possit inferre, hoc est per accidens, & ratione materiæ, & ita nō sequitur istud inconueniens, at in syllogismo inutili non sic: quia ille non determinat ad inferendam conclusionem aliquam determinatam: sed potius illā poterit inferre, & non inferre, quia quilibet assignatam posset inferre, atque adeò necessario sequitur in his modis istud inconueniens, verbi gratia dari terminos in quibus omni, & in quibus nulli, & hæc de his libris dicta sufficiant.

L A U S ' D E O .



Finis hulus tractatus Perihem
menias, & de priori
resolutione.

1600

INDEX QVAESTIO- num, & Disputationum, quæ in hoc volumine continentur.

Quæstiones librorum de interpretatione.

Disputatio prima. De significatione. Fol. 1.
Quæst. I. Quid sit significare. 8.

Quæst. II. Vtrum voces, & conceptus significant. 11.

Quæst. III. An voces, & scripturae, significant naturaliter. 17.

Disputatio secunda. De conceptu, seu verbo mentis. 20.

Quæst. I. An detur conceptus, seu verbū mētis, & quid sit. 21
Quæst. II. Vtrū intellectio consistat in actione, vel in termino actionis. 23.

Quæst. III. Vtrū intellectio possit produci à Deo solo. 30.

Disputatio tertia, & ultima. De veritate. 36.

Quæst. I. Quid sit veritas formalis. 36.

Quæst. II. Quid sit veritas transcendentalis. 43.

Quæst. III. Et ultima, in quo actu intellectus reperiatur veritas formalis. 45.

Quæstio ultima. Vtrum propositiones singulares de futuro.

contingentib; habeant determinatam veritatem, aut falsitatem, & quid de hoc senserit Aristot. 51.

INDEX LIBRI DE Priori resolutione.

Væst. I. Proœmalis. Vtrum isti libri sint inscribens di de priori resolutione

Quæst. II. Quod sit obiectum horum librorum.

Quæst. I. Vtrū definitio syllogismi quam tradit Aristó. in hoc cap. sit bona. 58.

Quæst. II. Vtrū diuisio syllogismi sit optima. 66.

Caput secundum. 67.

Quæst. I. Quid, & quotuples sit conuerlio. 68.

Quæst. II. Vtrum regulæ conversionis sint veræ. 69.

Caput Tertiū. 71.

Quæst. I. Quid sit cōuersio propositionū, an sit species argumentationis. 72.

INDEX.

- Quest. II. Qualiter conuertantur propositiones carētes modo quæ dicūtur de inesse. 75.
Disputatio secunda. De conuersione propositionum modaliū. 78.
Quest. I. Quot modis conuertantur propositiones modales. 80.
Quest. II. Quomodo conuertantur propositiones de necessitate, & de impossibili. 82.
Quest. III. De cōuersione propositionū de impossibili. 83.
Quest. IIII. Quomodo conuertantur propositiones de contingenti. 84.
Caput Quartum. De prima figura syllogismi.
Disputationis. De compositione syllogismi, & distributione illius in suas figurās. 96
Quest. II. Quid sit figura syllogismi, & quotuplex. 96.
Quest. II. Quid sit modus syllogisticus, & quod in conuersiones deducat Arist. ex modis in utilibus. 93.

INDEX. QVAE SECTIONAM POSTERIORUM, TOPICORUM, & ELENCHORUM.

Caput Primum. 7:
Disputationis. Circa hoc caput de his, quæ in demonstratione præcognosci debent. 9.

- Quest. I. Vtrum omnis doctrina omnisq; disciplina ex præexistenti fiat cognitione. 9.
Quest. II. Quot sīnt præcognitā, & præcognitiones. 15.
Quest. III. Quid præcognoscatur de principiis in demonstratione. 17.
Quest. IIII. Quid præcognoscendum sit de subiecto. 20.
Quest. V. Quid præcognoscendum sit, quæ de subiecto aliquo demonstātur. 24.
Questio ultima. Vtrū assensus præmissarū, necessariet intellectum ad assentientium conclusioni. 26.
Caput secundum. 32.
Disputatio secunda. De natura demonstrationis. 34.
Quest. I. Quæ sit essentia demonstrationis. 34.
Quest. II. Vtrum demonstratio debeat procedere ex primis, & immediatis. 42.
Quest. III. Vtrum demonstratio debeat componi ex propositionibus vniuersalibus, certis, & necessariis. 45.
Quest. III. Vtrum in demonstratione magis assentiamur principiis, quam conclusioni. 54.
Caput Tertium. 54.
Quest. V. Quid sīnt propositiones perse notæ, & an ex illic componi debeat demonstratio. 76.
Quest. VI. Vtrum circularis demonstratio sit vitiōsa.
Caput Quartum.
Quest. VII. In hac disput. quid

sint

IN D E X.

- sint propositiones de omni,
& an ex illis componi debeat
demonstratio.59.
- Quæst. VIII. Quid sint propo-
sitiones perie, & an ex illis
componi debeat demonstra-
tio. 61.
- Quæst. IX. Quid sint proposi-
tiones de vniuersali, & an de
monstratio debeat componi
ex illis. 73.
- Caput decimum. 77.
- Quæst. X. Vtrum demonstratio
quia, & propter quid specie
differant. 78.
- Quæst. XI. Quæ sit natura de-
monstrationis propter quid. 84.
- Quæst. XII. Quæ sit natura de
monstrationis quia. 78.
- Caput Vigesimum sextum. 90.
- Disputatio vnicā, circa hoc ca-
put de Scientia, & opinione.
91.
- Quæst. I. Quid sit scientia. 91.
- Quæst. II. Vtrū certitudo cui-
dentia, & veritas sint de essen-
tia scientiæ. 93.
- Quæst. III. Quale obiectum re-
quiratur ad scientiam. 98.
- Quæst. IIII. Vnde scientiæ su-
mant suam distinctionē. 13.
- Quæst. V. Vnde sumēda sit ma-
ior, vel minor, perfectio in
scientiis. 109.
- Quæst. VI. Quid sit sciētia sub-
alternans, & subalternata. 111.
- Quæst. VII. Quid sit habitus
primorum principiorum. 115.
- Quæst. VIII. Vtrum scientia
distinguatur ab arte pruden-
tia, & sapientia. 119.
- Quæst. IX. Quid sit opinio, &
vtrum scientia, & opinio pos-
sint esse de eadem re. 124.
- Caput primum Topicorum. 132.
- Caput quartum. 119.
- Quæstio vnicā. Vtrum tantum
sint quatuor prædicata To-
pica. 119.
- Disputatio de Elenchis. 120.

Laus, & honor Deo.

Land of Hope & Glory

S E L E C T A I N L I-
B R O S A R I S T O T E-
 lis stagiritæ Perihermenias, siue de interpretatio-
 ne, & in Analytica, seu in libros de priori resolu-
 tione, & in Analytica posteriorum subtilioris do-
 ctrinæ, quæ in Complutensi Academia versatur
 miro quodam ordine disposita, & in dilu-
 cida methodum re-
 dacta.

Per Licentiatum Franciscum Murcia de la
Llana, in insigni eiusdem Academia
Collegio Theologum Col.
legam.

PROOEMIVM.



IBRI Iti de posteriori resolu-
 tione ad tertiam intellectus o-
 perationem pertinent, ut ex ge-
 nerali Logicæ diuisione à nobis
 in proœmio Logicæ adulta con-
 stare potest, postquam enim A-
 arist. in libris priorum egit de for-
 ma, & dispositione syllogi-
 stica in communi, iam in his
 duobus libris posteriorum agit
 de syllogismo demonstrativo, docens resoluere propositiones,
 usque ad sua prima principia, & ideo de posteriori re-
 solu-

solutione appellatur. Pro quo aduertendum est, quod syllogismus aliquis duobus modis probari potest, primo modo probando quod habeat debitam formam, & dispositionem syllogistica n, quod est primum, & praecipnum, quod in syllogismo cernitur, de quo agitur in libris de priori resolutione & ideo de priori resolutione appellantur: quia in eis agitur de resolutione secundum formam, quae praecipua est, & ita prior.

Secundo modo potest aliquis syllogismus probari certus probando ipsas propositiones secundum se, quæ sunt materia syllogismi reducendo illas ad sua principia, quae est resolutione quasi secundum materiam syllogismi, de quo agitur in his lib. Ita appellantur de posteriori resolutione id est de resolutione secundum materiam, quæ minus praecipua est, & ita posterior.

Et si dicas, quod materia est prior forma: sed in his libris agitur de resolutione secundum materiam: ergo potius sunt vocandi de priori quam de posteriori resolutione.

Respondeatur, quod forma syllogismi, quæ consideratur in libris priorum est uniuersalior materia, de qua agitur in libris posteriorum, quia eadem forma reperitur in syllogismo demonstrativo, & in syllogismo Topico, hoc est probabili, & in syllogismo Elecho, hoc est falsigrapho, qui isti omnes syllogismi fieri possunt, v.g. in Barbara, ita ut consequentia evidens sit suppositis premisis: at vero materia de qua agitur in libris posteriorum est materia necessaria, quia in demonstratione de qua hic agitur solum reperiuntur propositiones necessarie, & evidentes: & quia uniuersalia sunt priora, ideo illi libri appellantur de priori, bi verò de posteriori resolutione.

Sed ut satis constet, quid sit resolutio. Aduertendum est pro analisis Græce, idem est, quo & latine resolutio est autem resolutio ut optime docuit Aristot. Ethicorum cap. 3. Prosecurio causarum ex causis, quo & sq; ad prima principia,

Alpia, & prima sreicauas fuerit deuentū, idque clarus
dixerat 3. lib. de cœlo cap. 7 Resolutio est reductio alicuius
rei in partes, ex quibus componitur: Quaratione di-
cimus mixtum resoluti in elementa ex quibus componitur,
& ita cum syllogismus componatur ex natura, & forma,
& potest fieri resolutio syllogismi secundum formam pro-
bando formam syllogismi, de quo in libris priorum, & etiā
secundum materiam probanāo propositiones ex quibus cō-
ponitur, de quo in his libris.

Circa obiectum horum librorum authores variè sentiūt
nam Auerroes, & Alexand. Afrodīs. quos sequitur Mi-
randulanus lib. 5. Apologiae existimant obiectum horum
librorum esse modum sciendi prout comprehendit demon-
strationes, & diffinitiones, ita quod non sola demonstratio
sit obiectum horum librorum. Cuius sententia fundamen-
tum est, quia obiectum Logicae, ut supra vidimus est modus
sciendi sed Aristotel. in his lib. non solum disputat de de-
monstracione, sed etiam de diffinitione, ut videre est in
2. libro posteriorum à capit. 3. usque ad decimum, & cap.
14. eiusdem libri, sed etiam diffinitione est instrumentum,
& modus sciendi: ergo obiectum horum librorum est mo-
dus sciendi, prout comprehendit definitionem, & demons-
trationem.

Hæc tamen sententia falsa est primo quoniam defi-
nitio pertinet ad primam operationem intellectus est e-
nim actus, quo apprehendit rem in proprio genere, &
differentia: sed demonstratio pertinet ad tertiam opera-
tionem intellectus, quæ est syllogizare ergo diffinitione
non est obiectum horum librorum, in quibus agitur de
demonstracione: ergo in eadem non potest tractari ex profes-
so de diffinitione.

Mibi ergo vehementer hac in re placet sententia Niphi
afferentis, hos duos lib. posteriorum, & hos duos libros
priorum unicum, & eundem consicere tractatum, in quo
tanquam de obiecto sibi adæquato agatur de resolutione

syllogistica, ita iamen quod hic tractatus in duas diuidatur partes, in quarum prima, ad quam pertinent libri priorum agatur de argumentatione necessaria, quæ est demonstratio, & quidem, quod libri priorum & posteriorum cumdem conficiant trattatum colligitur ex Arist. qui eodem nomine Anatiticorum citare solet hos omnes libros priorum, & posteriorum: dicens ut in Analyticis dictum est, vel dicendum est, intelligens per Analyticos, modo libros priorum, ut videre est primo de interpretatione cap. 3. & 2. cap. 3. & 8. lib. Topicorum cap. 4 modo vero intelligens libros de posteriori resolutione, ut videre est 1. Elenchorum & 7. metaph. cap. 1. & 2. Præterea non parum iuditium est, quod Arist. 1 lib. priorum cap. 1. præambulum premit tam lib. priorum quam posteriorum commune, dicens Primo dicendum est circa quid, & de quo sit intentio, quoniam circa demonstrationem, & disciplinam demonstratiuam &c. Deinde vero hos libros posteriorum nullo de novo adhibito præambulo incipit: ergo reuera Arist. ex lib. priorum, & posteriorum unicum tractatum coicit, cuius obiectum est argumentatio secundum resolutionem certam, quam habere potest, & ita lib. Topicorum & Elenchorum non pertinent adhuc tractatum, quia si loquamus de forma syllogistica, quæ est in illis iam de illa agitur in lib. priorum: nam forma syllogismi non est diuisa, siue sit in materia probabili, qualis est materia syllogismi Topicum, quia componitur ex propositionibus probabilibus siue necessariis, qualis est materia demonstrationis. Sinero loquamus de resolutione secundum materiam, hæc resolutio non est certa, quia propositiones probabiles, ex quibus componitur solum possunt reduci ad principia probabilia, que certa non sunt, sicut propositiones syllogismi falsigraphi, quæ falsæ sunt ad nullæ certa principia reduci possunt, & ita neutræ resolutio ex his pertinet adhuc tractatum, in quo agitur de resolutione certa, quam syllogismus habere potest.

De Posteriori resolutione. Proœmium.

Posterior vero pars, nēpe quod obiectū horū lib. de posteriori resolutione sit demonstratio, quæ est argumentatio pro edens ex principiis certis: probatur plane ex Aris. 1 lib. prior. c. 1. Vbi dicit intētū suū esse agere de demonstratōne, & disciplina demonstrativa: iacē habet 1. lib. prior. c. 17. & 11. lib. Met. c. 1. eādē etiā tenēr sententiā D. Thos. Albert Magn. hic, & ibidē Sot. Tolet. & Masius: & ratione probatur Quia illud est obiectū huius operis quod hic cōsideratur, & de quo demonstrantur passionis: sed talis est demonstratio, ut patet ex discursu huius trattatus ergo Sed obiecties Logicæ, ut vidimus in proœmio Logicæ est scientia praktica: sed scientia praktica est effectiva sui obiecti, qualiter medicina quæ est scientia practica, & habet pro obiecto sanitatem, aut curationem illam eficit: sed Logica cum sit scientia potius fit, & acquiritur per demonstrationem, quām illam faciat: ergo obiectū alicuius partis Logicæ, quales sunt isti libri, nequit esse demonstratio.

Pro solutione aduertendū est, quod omnes habitus, qui acquiruntur per actus sunt ex actibus, & postquam facti sunt faciuntalios actus similes illis, à quibus geniti sunt tales habitus. V. g. ex pluribus actibus honestis acquirit alius habitum virtutis. postea vero ille habitus virtutis est causa aliorū actuum, qui sunt similes illis, à quibus genitus est talis habitus: ad eundem ergo modum, Logica, seu quævis alia scientia cum sit habitus quidam intellectuālis aliquiritur per actum demonstrationis, postea vero ille habitus est causa aliorū actuum demonstrationis, qui sunt similes priori actui, à quo talis scientia genita fuit.

Vnū ad argumētū respōdetur, quod hac pars Logicæ posterioristica causatur ad demonstrationē facta, vi ipsa naturali intellectus. postea vero hoc sc̄ientia acquisita est causa aliorū actuum de mōstrationis quibus disputat de demonstratione artificiose, & secundū regulas, & præcepta facienda.

Vbi etiā aduertendū est, quod quāvis demonstrare generale sit omnino sc̄ientia, non tamen agere de demonstra-

elione recte facienda, hoc non solum habet Logicā.

Vnde ad fundamentum primæ sententiæ respondeatur
verum esse diffinitionem esse instrumentum satis aptum
ad scientias comparandas, non minus quam demonstra-
tiō sit, & ita reuera Arist. de illa speciales lib. scriptit, vt
in proœmio Logicæ referebamus ex Frācisco Patricio lib.
2. discussionum Peripateticarum, quanuis tales lib. modo
non extent tamen definitio nullomodo est obiectum perse-
buius partis Posterioristicæ, vt supra ostensum est: quod
si Arist. agit de diffinitione 2. lib. huius textus, locis modo
in argumento citatis non est ipse, sed in quantum est me-
dium, ad demonstrationem conficiendam, nam vt di-
cemus de diffinitione subiecti, est medium
ad demonstrandum passionem
de illo.



CAPVT

C A P V T P R I M U M.

In intento Authoris in hoc capite non satis conuenit inter anthores. Caietanus existimat intentum Arist. in hoc capite esse probare demonstrationem esse, quanvis enim Arist. infra c. 8. huius lib. dicat scientiam non debere trahere, an suum obiectum existat, tamen ut ipse exponit hoc intelligendum est, quando illud est per se notum, quale non est demonstrationem esse.

Heraclitus enim & Cratilus qui nullam scientiam admittabant etiam demonstrationem ē medio tollebant, quoniā demonstratio ad scientiam ordinatur, & in naturalibus deficiēte fine, etiam deficiunt media ad illam necessaria, & eandem fere opinionem sequitur Scotus, dicens intentum Arist. in hoc capite esse ostendere demonstrationem esse necessariam, in naturalibus vero idem est aliquid esse, & necessarium esse, cū natura frustra nihil faciat.

Placet tamen sententia Philoponi assertentis intentū Arist. in hoc cap. esse docere, demonstrationē pender: ex quibusdam præcognitis: nam cum postea

tractaturus esset ex quibus partibus demonstratio cōponēda sit docet prius in hoc capit. ex quibusdam præcognitis debe te procedere.

Caput hoc claritatis gratia in tres diuiditur partes in prima explicat, quid & quomodo præcognoscendum sit in demonstratione, ante quā conclusio inferatur: in secunda explicat quomodo præmissæ cognoscēdæ sint ante conclusionem in tertia proposita quadam dubitatione explicat, qua ratione cognoscatur conclusio in præmissis, ante quam a ſu inferatur in demonstratione.

Ad primā partē accèdetes, vt Arist. doccat, qua ratione in demonstratione aliqua præcognoscenda sint, inquit, *Omnis doctrina, omnisque disciplina ex præexistenti cognitione, quam propositionem nonaliter, quam inductione facta probat, dicens, quod mathematica scientia, & aliarum partium quelibet, ratiō paratut modo, omnes enim scietiæ acquiruntur ex quibusdam principiis præcognitis, vnde explicat, quot sint præcognita, & quot præcognitiones, dicens, quod præcognitiones sunt due*

scilicet, an sit, & quid sit, præcognita vero esse tria scilicet, principiū subiectū, & passio: de principio præcognoscitur, an sit, id est, an sit verū de passione vero præcognoscitur quid nominis, id est, quid nomen significet, de subiecto vero præcognoscitur quid nominis, id est, præcognoscitur, quid significet. Pro cuius intelligentia aduertendū est, quod ex quatuor quæ de qualibet re inquirenti pos sunt secundū Arist. 2. lib Posteriorū c. i. scilicet, an sit, quid sit qualis sit, & propter quid sit: hac duo posteriora demonstrat scilicet, qualis sit, id est, qua ha beat passiones, quia sciētia demonstrat passiones de suo obie cto, & etiā, propter quid sit talis: qua ratione sciētia de homine, demonstrat de illo, quod sit risibilis, quia est rationalis: duę vero priores questiones scilicet, an sit, & quid sit non demonstratur, sed præcognoscuntur v. g. in hac demonstratione omne rationale est risibile. Omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis, de homine quod est subiectū præcognoscitur quid sit, ne pe quid sit animal rationale, cū dicimus in minori, quod sit animal rationale, & etiā præcognoscitur, an sit homo, quia id non demonstratur, quod infra latius patebit.

Sed quia dixerat Arist. quæ debeat præcognosci ante cōclu-

sione inferēdā deinde in 2. par, capitī explicat, qua ratione prius cognoscatur maior, & minor propositio ante cōclusionē inferēdā, & inquit, quod maior propositio potest prius tēpore cognoscī, quā cōclusio, vt in illo allato syllogismo, prius tempore potest cognoscī, emne animal rationale esse risibile, quā cōclusio, nēpe quod omnis homo sit risibilis, tū cognita majori, & minori simul, necessaria cognoscitur cōclusio, si cognoscatur bonitas cōsequētiæ, vt in eodem syllogismo videtur licet, cognoscūtur tū maior, & minor prius natura, quā cōclusio, quia maior & minor est causa cōclusionis, que infertur ex illis, & ita est prior natura.

In ultima parte capitī, vt doceat Arist. qua ratione cōclusio cognoscatur in primitissimis, ante quā actu inferatur refellit heros Platoni in dialogo, quem Memnonem appellavit, afferētis nos nihil de nouis scire, sed nostrū scire esse quoddā reminisci, quā sententiā duabus potissimum probat rationibus. Prima quia quādo aliquā sciētiā volumus addiscere, aut volumus addiscere id quod scimus, au id quod seiebamus, eramus tñā obliiti, non primū, neq; secundū, ergo tertium, adeo nostrū scire est quoddā reminisci quod non primū, pater, quia sive lamen scire, id quod scimus, esset frustanea inquisitio; nullus enim inqui-

inquirit idq; iā habet. Quod nō secundū, probat, quia si volu-
mus addiscere id quod nullo modo scimus, etiā si inquiram⁹ nō inueniemus illā veritatē co-
gnoscētes illā esse veritatē, quā scire desideramus, nā si aliquis quārat hominē, quē nunquā à facie nouit, quomodo potest il-
lum inuenire.

Secūdo sic arguit Plat. quia ponam⁹ aliquē cōtinere in pug-
no clauso duas res: tū sicquāuis
alius ignoret numerū cōtentū in alterius pugno esse binariū,
tamen iā scit illū numerū esse parē: nāvnuſquisque scit omnē dualitatē esse parē, supponimus autē numerū in alterius pugno contentū esse dualitatē: ergo iam scit illū numerū occultum,
esse parē: ergo de nouo id nō scit, sed per remissiōnē, qua si de nobo cognoscitur.

Respondeatur. Arist. quod cō-
clusio ante quā actu inferatur ignorā simpliciter, tñ secundū quid & virtualiter cognoscitur in p̄missis: qua ratione in illa vniuersali omnis dualitas est-
par, virtualiter cognoscitur cō-
clusio, nēpe quod dualitas hæc cōtēta in pugno alterius sit par.

Similiter ad secundā respōde-
tur quod per discursum, qnāri-
mus id quod simpliciter igno-
ramus, tamen secundū quid &
virtualiter cognoscimus impre-
missis, deinde verò per discur-
sum, posita maiori & minori
simpliciter scimus cōclusionē

ex illis illatā quā tñ antea sim-
pliciter ignorabamus & hæc delitera.

Disputatio Vnica circa hoc cap. de his quæ in demōstra- tione præcognosci debēt.

Cūm distincta cognitio to-
tius ex cognitione partiū depēdeat, merito Arist. vt
naturā demonstrationis nobis explanet, in hoc capite expli-
cat quæ sint illa, quæ in demōstra-
tione præcognosci debent, &
quidde illis p̄cognoscēdū sit.
*Quæst. I. Vtrūm omnis do-
ctrina omnisque disciplina
ex p̄existēti fiat cogni-
tione.*

Ratio dubitandi est, quia si omnis doctrina fit expræ-
existēti cognitione, cū il-
la cognitione, ex qua fit sit doctri-
na quædā, iam illa fieret ex alia
præexistēti cognitione, & illa
ex alia, & sic daretur processus
in infinitum.

Secundo quia scientia Angelorū est doctrina quædā, illa ta-
mē non fit ex præexistēti cog-
nitione, quia Angeli nō discur-
rūt ex vna propositione, aliam
inferendo, sed vnicō intuitu
p̄missas, & cognitiones cog-
noscūt, vt docēt theologi: ergo
nō omnis doctrina fit expræ-
existēti cognitione.

Hac in re omnes interprete
cōueniūt verissimā esse propo-
sitionē illā Ari. qm̄ omnis doctrina

omnisque disciplina ex præ existenti fiat cognitione, valde tamē in illa explicanda dissen tiunt: nam Paulus Venetus sentit Arist. per doctrinam, & disciplinam intellectus, quamuis cognitionem intellectus huma nam, sive sit apprehensiva, sive iudicativa, aut discursiva, semper enim sit ex præexistēti cognitione sensuum, quis cognitio intellectus, supponit cognitionem sensuum.

Secundo alij exponunt dicentes, Arist. per doctrinam, & disciplinam non intelligere quāuis cognitionē intellectus, sed iudicatiuam solum, quæ est secunda operatio intellectus, & prærequirit apprehensionem terminorum ex præexistēti cognitione, sic exponit Philo ponus, & Themistius, tamen quamvis utraque in se vera sit, nou tamen est ad mentē Arist. nā Arist. per doctrinam, & disciplinam solum intelligit cognitionē discursivā, quæ est ter tia operatio intellectus, non vero primā aut secundā operatio nē, quod ex eo constat primo quia propriè loquēdo, nō quæ uis cognitione appellatur doctrina, sed illa tātū, quæ per discur sum adquiritur, qualis est tertia operatio intellectus.

Secundo quia Arist. in hoc c. probat illam propositionem inductione, dicens, quod mathematicæ scientię, & omnes alię cōparantur per argumētationē

& sylogismos procedentes ex quibusdā principiis præcognitiis & 6. Ethic. c. 3. vbi candēre petit propositionē, simili modo illā probat: ergo loquitur de cognitione discursiva, ita ut sit sensus. Omnis cognitione discursiva fit ex præexistēti cognitione præmissarū, sic exponit Boetius, Albert, Niphus, Sotus, Toret, & Caiet. in hoc loco.

Est tamen aduertendū, quod hanc discursivā cognitionē appellat Arist. doctrinā, & disciplinā, quia eadem cognitione discursiva, quatenus prouenit à Magistro docēte, appellatur doctrina: eadem vero prout est in discipulo appellatur disciplina & ita patet propositionē esse verissimā: nā assensus conclusio nis, necessario supponit assen sum præmissarū: ergo omnis cognitione discursiva ex præexistēti sit cognitione.

Sed statim oritur difficultas quoniam illa particula ex aliquando dicit habitudinem, termini à quo, quaratione dicimus diē fieri ex nocte, aliquādo dicithabitudinē partis cōpoētis, qua ratione dicimus, domū fieri ex lapidibus, aliquando vero dicit habitudinem causæ materialis, sicut dicimus Cathredā fieri ex ligno tanquam ex materia, aliquando vero dicit habitudinē causæ efficientis, qua ratione dicimus ignē fieri exigēte.

Dub. ergo est in præsentia, quam

quā habitudinē ex his dicat illa particula ex cū dīcīmus assēsum cōclusionis fieri expræxi stēti cognitione, id est, ex cognitione præmissarum, quod est quærere, qua ratione assensus præmissarū concurrat ad assensum conclusionis.

In quare dicēdū est particula ex dicere habitudinē causæ et sicientis, ita q̄ assensus principiorū sit causa efficiēs assensus cōclusionis, tā in demonstratio ne, quā in quavis alia argumēta ratione vt bene Caiet. Sot. Tol. in hoc c. & insinuat Arist. 2. phys. Text 89. & in hoc lib. sepe sepius, & ratione probatur: quia assensus principiorū, seu præmissarū est causa assensus cōclusionis: sed nō est causa materialis, neq; formalis nec finalis: ergo est causa efficiēs, quia tantū sunt istae quatuor causæ. Quod nō est sit causa materialis probatur. Quia, cūtā assensus principiorū, quā assensus cōclusionis sint actiones intellectus, recipiūtur inmediate in illa, & vna nō recipit aliā, & ita neutra habet rationē causę materialis respectu alterius: quod autē nō sit causa formalis probatur eadē ratione. Quia forma solū informat subiectū in quo est: sed neuter ex his cōtibus est subiectū alterius, & ita neuter habet rationē causę materialis; ergo neq; vnu respectu alteri habet rationē causę formalis: q̄ autē neq; vnu actus ex his sit

causa finalis alterius probatur: Q̄ia ratio finis propriæ solum reperitur in ordine ad actus voluntatis, cuius propriū obiectū est bonū, & finis, sed tan assensus præmissarū, quā conclusio nis est actus intellectus: ergo relinquitur, quod assensus principiorum sit causa efficiēs assensus conclusionis.

Hoc tamē duobus modis intelligi potest primo, ita vt assensus principiorū sit causa evolutioni ex citiā ad assensū cōclusionis, ita vt assensus principiorū excite intellectū, vt assensus cōclusionis, quā ex illis evideat inferatur.

Secundo ita vt assensus principiorū sit causa physica possit iūe influēs in assensū cōclusionis. Ex quibus primū negari nō potest, secundū verō etiā existimō esse verū, quia sicut actus sunt causa efficiēns habitus in omniū opinione, ita iū mirum est, quod vnu actus sit causa efficiē alterius actus, cū quo habet naturalem connexionem, non quidem, quod actus rationē sui, causē talium actū, quia ex Arist. 5. phys. ad actionem non est actio, id est vnu actio non est causa efficiēns alterius sed rationē sui termini, ita quod conceptus productus per assensus principiorum sit causa efficiēs assensus conclusionis.

Ex dictis infero assensū principiorū & assēsum cōclusionis esse

esse actus realiter diuersos : & probatur. Quia causa efficiens debet realiter distingui à suo effectu, alias id ē esset causa sui ipsius: sed assensus principiorū est causa efficiēs assēsus cōclusionis, ergo realiter distinguitur ab illo. Secūdo quia actus distinguitur per obiectū: sed assēsus principiorū habet diuersum obiectū ab assēsu cōclusionis, quia assēsus principiorū versatē circa principia assēsus verò cōclusionis circa cōclusionē ex illis allatā: ergo distinguuntur realiter, tertio quia assēsus principiorū potest esse sine assēsu cōclusionis: nō potest quis cognoscere principia, nō tamē cognoscere cōclusionē, quia nō cognoscit cōexionem, quæ est inter principia, & illā cōclusionē: ergo hi duo actus realiter distinguuntur. Quarto quia habitus principiorū, qui appellatur intellectus est diuersus ab habitu quo assentimur cōclusionibus, qui appellatur sciētia, ut docet expresse Arist. 2. li. posteriorūc. vltim. & 6. Ethicorū c. 5. ergo & actus, qui versatur circa principia diuersus est ab actu, qui versatur circa cōclusionē. Patet cōsequentia, quia idēm actus nō potest fieri à duplicitate, sed potius quilibet habet suos actus proprios.

Cōtra hāc tamē sentētiā opinātur Sōci. 6. met. quæst. 10. & Maſiuſ hic quæſ vlt. qui assentit quod principia, & cōclusio pos-

sunt cōsi derari duobus modis ita quod quod libt cōsidetur seorsum & secundum se, & sic dicunt principia diuerso actu cognosci, ab illo, qno assentimus conclusioni, etiam seorsum sūptæ, tamen si considerētur principia, & conclusio, qua tenus habent inter se connexiōnem, & subordinationem, in quantum vnum interficit ex alio, tunc eodē actu assentimur præmissis, & conclusioni.

Sed hic modus dicendi non placet, quia quantūvis principia, & cōclusio habeat inter se cōexionē, semper termini sūt diuersa obiecta & talia: ergo postulat diuersos actus, scilicet sub ordinatos, sicut ipsa obiecta talia in se subordinata sunt.

Sed contra obiici potest in 1. S. Tho. 1. 2 quæſt. 8. arti. vlti. vbi dicit, quod voluntas eodē actu fertur in media, & in finē: ergo similiter intellectus eodē actu debet cognoscere principia, & conclusionē. Probatur cōsequentia, quia sicut finis in voluntate est ratio amandi: media: ita respectu intellectus principia sunt ratio assentiēdi cōclusioni: ergo sicut voluntas eodē actu fertur in media, & in finē: ita intellectus eodē actu assentitur principiis, & cōclusioni.

Secūdo, quia quādovnū est ratio cognoscēdialiud, eodē actu vtrūq; cognoscitur: sicut, quia lumen est ratio idēd colorē, eodem actu, videtur lumen, & color.

color: sed eodem modo princi-
pium est ratio quare intelle-
ctus assentiatur conclusioni: er-
go eodem actu attingit vtrūq;.

Tertio quia si actus qui ver-
satur circa cōclusionem est di-
uersus ab illo, qui versatur cir-
ca principia, sequitur, q̄ intelle-
ctus non assentiatur conclusio-
ni propriis principiis, quod est
plane falsum, probo consequē-
tiam, quia per illum actum quo
essentitur cōclusioni non assē-
titur principiis: ergo iam illo
actu assentitur cōclusioni prop-
ter se ipsum. Ultimo, quia vt te-
net cōmuni opinio 3. lib. de a-
nima intellectus bene potest
eodem actu cognoscere plura
obiecta per modum vnius: sed
principia, & cōclusio sunt obie-
cta sub ordinata, & ita per sub-
ordinationem faciunt vnum: er-
go eodē actu possunt cognosci.

Tandem respōdetur ad quin-
tum q̄ cōclusio duobus modis
potest cognosci: primo secundū
se & directe, & formaliter, & sic
diuerso actu cognoscitur ab as-
sensu principiorū, vt dictū est:
aliò modo potest cognosciri cō-
clusio, prout virtualiter cōtine-
tur in principiis: sicut effectus
virtualiter cōtinetur in sua cau-
sa, & ita cōclusio eodē actu cog-
noscitur: quo essentimur prin-
cipiis: quia effectus virtualiter
cognoscitur in sua causa, & hac
ratione intelligēdus est S. Tho-
loco allegato, quando ait intel-
lectus eodē actu assentiri princi-

piis, & conclusioni; hoc tamen
non est cognosci conclusionē
formaliter, & expressi (vt nos
loquimur.) Ad rationem autē
respondetur, quod etiam volū-
tas eodē a. & tu, quo amat media
non amat finem directe, & for-
maliter, sed tantum in directe.

Ad secundū respōdetur esse
diuersam rationē, nā quāmis
lumen requiratur, vt quādam
conditio ad videndū colorem,
de quo latius 2. lib. de anima, ta-
men visio luminis non est cau-
sa visionis coloris, quia vna nō
sequitur ex alia; quia sunt idē
omnino actus, at verd̄ assensus
conclusionis sequitur ex assen-
su principiorū, & ita sunt diuer-
si actus.

Ad tertium res negādo cōsequē-
tiā: quia quāvis per assensū con-
clusionis, non essentiatitur quis
principiis, non sequitur, q̄ assē-
tiatur conclusioni propter se
ipsam, quia saltē assentitur illi
propter principia alio actu cog-
nita.

Vbi notandū est, quod quam-
uis fortasse sit in cōueniens, in
tellectū simul habere duas cō-
gnitiones numero tantū differē-
tes, tamen quod habeat simul
duas cognitiones specie diffe-
rētes, qualis est assensus prin-
cipiorū, & assensus conclusionis,
nullū est incōueniens: quia be-
ne potest ēdē res haberet duo ac-
cidētia specie differētia, vt lao
habet albedinē & dulcedinē.

Ad ultimū Respondeatur q̄ in
tellectus

intellectus potest eodem actu intelligere plura obiecta subordinata, quando sunt partialia, sicut eodem actu cognoscit hominem, gradum animalis & gradum rationalis, quia isti conceptus sunt veluti partiales componentes ipsum hominem: tamen quando obiecta sunt totalia, etiam si subordinata, non possunt expresse cognosci eodem actu, quia cum sint obiecta totalia, postulant diversos actus, licet sub ordinatos sicut ipsa obiecta in se subordinata sunt, alias eodem actu possemus cognoscere omnia, quae sunt in uniuerso: quia omnes creature subordinantur ad Deum, quia: ergo principia & conclusio sunt diuersa obiecta totalia, licet subordinata, ideo diuersis actibus subordinatis cognooscuntur.

Ex dictis infero, quod discursus non est tantum unica simplex operatio intellectus, quia includit assensum principiorum, & assensum conclusionis, ex illis illatę, quae diuersae operationes sunt, & ita discursus solum est aliquid unum per subordinationem, quia dicit plures actus subordinatos.

Possit autem hoc loco inquiri, qua ratione assensus praemissorum necessitat intellegetur, ad assentium conclusioni, de quo ramen dicemus cōmodius questione ult. huius disputationis.

Super est: ergo respondeamus ad rationes dubitandi in principio questionis adductas, ad primam respondetur negando,

quod detur processus in infinitum quia quamvis assensus conclusionis sit expræexistēti cognitione principiorum, & assensus principiorum sit ex apprehensione terminorum, quia primis principiis assentimur hoc ipso, quod terminos apprehendimus: nam statim, quod quis cognoscit, quid sit totum & maius, assentitur quod totum est maius sua parte, & ita tandem de venimus ad primam apprehensionem intellectus quæ nō sit ex alia præ existēti cognitione intellectus, sed ex cognitione sensitiva, in qua sistendum est.

Ad secundam, quod quādō dicit omnem doctrinam fieri ex præexistēti cognitione, loquitur decognitionediscursus: Angeli autem non discurrent, sed unico simplici intuitu cognoscunt principia, & conclusionem propter excellentiorem modū intelligendi, quem habent, de quo Latius Theolog.

Vltimo tandem dubitabit ali quis in hac quest. vtrū non solū indemonstratione, sed etiā in discursu probabili sit vera illa propositio: quod omnis doctrina sit expræexistēti cognitione respondetur affirmatię, & ratio est quia in primis etiā conclusio probabilis appellatur doctrina saltem probabilis, & ita locū habet predicta propositio: tū etiā, quia sicut indemonstratione conclusio procedit ex quibusdam principiis certis: ita in syllogis-

mo, Topico, seu probabili conclusio procedit ex quibusdam principiis probabilib⁹, & ita etiā sit exp̄ existēti cognitione.

Quæst. II. Quot sint præcognita, & præcognitiones.

Ratio dubitandi est: quia videtur, quod non tātum sint tria præcognita, & duæ præcognitiones, vt Arist. ait in hoc cap. I. quia bonitas causæ etiam præcognoscit: ut ante conclusionem: ut assentiamur conclusione, necessario præcognoscenda est connexio cōsequentis cū antecedenti: ergo sunt plura præcognita præter connumerata ab Arist. Secūdo quia præter principiū subiectū & passionē, que sūt præcognita cōnumerata ab Ari. etiā præcognoscitur medium, quia bis ponitur ante conclusionem inferendam, atque adeo, quia non demonstratur, præcognoscitur: ergo sunt plura præcognita Tertio quia præcognitū denominatur tale à præcognitione: ergo si sunt tria præcognita, etiā sūt tres præcognitiones, atq; adeo non tantum duæ, sicut si sunt tria alba, debent esse tres albedines denominantes illa.

Histamen non obstatibus vera & communis interpretatiū sententia est, quod præcognita sint tria tātū, duæ vero præcognitiones Ari. enim in hoc capite non

enumerat plures præcognitiones nec plura præcognita.

Pro cuius intelligentia notandum est, quod præcognita appellantur illa obiecta, quæ ante conclusionem illatam præcognoscuntur, præcognitione vero appellatur cognitione, quæ habetur de illis obiectis præcognitis.

Hoc supposito probatur conclusio, & in primis, quod tantū sint duæ præcognitiones, quia de qualibet re quatuor tantum inquiri possūt, scilicet, An sit, quid sit qualis sit, & propter quid sit sed in his questionibus duæ posteriores demonstratur, scilicet qualis sit, & propter quid sit, v.g. in hac demonstratione.

Omne animal rationale est risibile. Omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis in conclusione demonstratur de homine, qualis sit, nempe, quod sit risibilis, & propter quid sit talis, scilicet, quia est rationalis: ergo tantum duæ priores quæstiones præcognoscuntur scilicet, an sit, & quid sit. Quod uero tantum sint tria præcognita probatur: quia conclusio quæ demonstratur, necessario procedit ex quibusdam principiis: sed in illis principiis & præmissis continetur subiectum & passio, vt in prædicta demonstratione, in præmissis præcognoscitur homo, & risibile: quia in majori dicitur. Omne animal rationale est risibile

risibils, & in minori omnis homo est animal rationale: ergo tria sunt præcognita, principiū subiectū, & passio.

Sed obicies, passio demonstratur de subiecto v.g. in illa demonstratione demonstratur de homine, quod sit risibilis: ergo non præ cognoscitur, respond. quod de passione demonstratur, q̄ in sit huic subiecto peculia ri, nam de monstratur, quod homo sit risibilis, tamen præ cognoscitur de illa, vel quid sit, vel saltem quid significet, de quo dicam postea quæst. 2. huius disputationis.

Est tamen aduertendū, quod principia sunt in duplice differentia: nam alia sunt, quæ appellantur dignitates, qualia sunt prima principia communia omnibus scientiis, vt quodlibet est vel non est. Totum est maius sua parte: alia verò sunt quæ appellantur positiones, seu suppositiones, quæ sunt principia propriatalis scientiæ, & vtrum que comprehendit Arist. nomine principijs intelligit præmissas, quia præmissæ sunt principia, quæ supponuntur esse vera in discursu; & ita non est intelligendum, quod sint tria præagnita, in specie infima: nā principium comprehendit multa principia diuersæ rationis, & idem est de subiecto & passione.

Vnde ad rationes dubitandi supra adductas respondeatur: ad

primam, verū esse quod bonitas consequētiæ debet præcog nosci ante quā assentiamur conclusioni, tamen non est præcognitum posterioristicum, sed prioristicum: quia examinare, an cōsequentia legitima sit, vel non cum pertineat ad formam sylogisticam, de quo agitur in libris priorum est quid prioristicum.

Ad secundam respondent quidam, quod medium non est præcognitum, sed præcognition, quia medium indemonstratione, in qua demonstratur passio de subiecto est diffinitio subiecti, quia bis ponitur ante inferendam conclusionem, vt in hac demonstratione. Omne animal rationale est risibile. Omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis. Medium est animal rationale, qui bis ponitur ante conclusionem, & quia definitio subiecti pertinet ad quid sit, idè est præcognition, & nō præcognitum.

Tamen hæc solutio falsa est & non euacuat argumenti difficultatem: quia diffinitum, quā uis respectu subiecti sit præcognition; quia de illo præcognoscimus, quid sit, vt postea dicam; tamen ipsa in se est præcognitū indemonstratione: quia in minori illius sylogismi, cum dicimus. Omnis homo est animal rationale, iam præcognoscimus diffinitionem hominis, & mediante illa demonstramus passio-

siones: ergo diffinitio non solū est præcognitio, sed præcognitionum.

Nec etiam euacuat argumenti difficultatem quia medium in demonstratiōe aliquando non est diffinitio, sed differentia ut in hac demonstratione.

Omne rationale est risibile omnis homo est rationalis: ergo omnis homo est risibilis: ergo iam non saluat quod non detur aliud præcognitum diuersum, quod nec sit subiectum, nec proprium, nec passio.

Quare ad argumentum melius respondetur verum esse, quod medium, siue sit diffinitio, siue differentia debet præcognosci ante conclusionē, non tamen præcognoscitur perse, sed ut inclusum in principiis, & ita non est diuersum præcognitum ab illis, & ratio est: quia diffinitio subiecti, & differentia eius sunt principia que supponuntur de illo, in quauis scietia, nec possunt probari, a priori, cum nihil sit prius essentia; subiectum autem, & passio dicuntur præcognita, quia non solum præcognoscuntur simul cum antecedenti sylogismo, sed in quauis scientia, ante quam incipiatur discursus: qualiter scientia de homine ante quam de illo demonstret quid sit risibilis, presupponit, quod sit homo, & risibilitas quā de illo demonstrat, & ideo subiectum & passio sunt præcognita diuersa à principio.

Ad ultimam respondetur, quod sicut color denominatur visus extrinseca denominatione à vissione, quæ est id oculo; ita præcognitum denominatur talis extrinseca denominatione, à præcognitione, quæ est actio intellectus, in his autem, quæ denominantur talia per extrinsecā denominationem ab eadem forma possunt plura dici talia: quæliter ab eadē dexteritate animalis plures columnæ de nominantur dextræ per extrinsecā denominationem, & ita non est necessarium totū multiplicare formas, quot sunt subiecta denominata, unde etiam non probatur, quod tria præcognita postulent tres præcognitiones, in his autem quæ denominantur talia per denominationem intrinsecam, verum est, quod multiplicatis subiectis, quæ talia denominantur, debent multiplicari formæ, quæ ratione plura alba, plures albedines postulant.

Quest. III. Quid præcognoscatur de principiis in demonstratione.

Certum est, ut antea dicebam Aristot. nomine principij, tam intelligere principia vniuersalia omnibus scientiis, quæ appellantur dignitates quam principia propria cuiuslibet scientiæ ponunt enim exemplum in hoc principio. Quodlibet

bet est, vel non est, quod est generale omnibus scientiis, & in hoc principio, omnis triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, quod est principium geometriæ, & ratio est, quia ex utriusque principiis potest procedere demonstratio, est tamen differentia, quod principia omnibus scientiis communia, omnibus sunt nota, ut quodlibet est vel non est. Totum est maius sua parte; tamen principia propria talis scientiæ, solum debent præcognosci, ante quam inferatur conclusio.

Quo supposito sit conclusio in hac quæstione de principiis præcognoscendum est, an sint, id est, an sint vera. In qua conclusione omnes conueniunt cum Aristot. & ratione probatur: quia assensus conclusionis supponit assensum præmissarum sit enim ex præexistenti cognitione, ut dictum est: ergo ante conclusionis assensum supponi debet, & præcognosci, quod principia vera sint.

Sed dubitabis primo, quare de principiis non procognoscatur quid sint Respondet Masius hic causam esse, quia principium est aliquid complexum, ut hæc propositio. Omne totum est maius sua parte: complexum autem non potest definiri ex Aristot. 9. methap. capit. 5. & quia diffinitio explicat quid rei, ideo non debet de principiis præcognosci, quid sint.

Hæc tamen solutio falsa est: primo quia Arist. c. sequenti aperte definit principium, dicens, *Principium est propositio medio vacans*: Ergo principium definiti potest. Similiter Aristot. definit propositionem quæ tamen aliquid complexum est.

Secundo, quia licet complexa ea ratione, qua plura sunt, non possint definiti unica diffinitione, qua ratione est intelligendus Aristot. loco citato, tamen complexum prout aliquid unum est definiri potest ut dixi de propositione, & de principio: quare.

Respondetur ideo de principiis non esse præcognoscendum, quid sint, quia ad conclusionem inferendam ex illis, impertinens omnino est, scire, quid sit principium, vel non satis est supponere illa esse vera, ut inde colligatur conclusio.

Dubitabis secundo utrum de principiis præcognoscendum sit, quid significant respondetur quod sic, & hanc præcognitionem necessario includam esse in priori, & ita specialiter non fuisse connumeratam ab Aristotile, quia impossibile est præcognoscere principium aliquid verum esse, quim præcognoscamus quid significet.

Dubitabis tertio, an principia præcognoscantur esse vera per cognitionem discursiu-

uam id est, quia prius perdis-
cursum vera esse cognoscamus
antequam illa sumamus ad in-
ferendam aliam conclusio-
nem.

In quare Fonseca primo
Metaphysicorum capite pri-
mo quæstione quarta afferit
principia necessaria cognosci
experimento, & inductione,
quam sententiam sequitur Ma-
sius libro secundo Poste quæ-
stione quinta & fauere vide-
tur Aristotiles secundo libro
posteriorum capite vltimo, v.
bi dicit necessarium esse cog-
noscere principia per induc-
tionem, quod sepe alibi repe-
tit vt quinto libro posteriorum
capite decimoquarto &
quinto Metaphysicorum capite
primo.

Tamen in hac dubitatio-
ne dico primo, non semper es-
se necessarium cognoscere ve-
ritatem principiorum per in-
ductionem, aut experientiam:
ita docet Aristotiles hoc libro
capite tertio dum dicit plura
esse principia, que ex apre-
hensione terminorum cognos-
cuntur, & ratio est aperta:
quia sunt quædam principia,
ita evidenter, quod etiam nul-
la habita experientia, aut in-
ductione, ex apprehensione
terminorum cognoscuntur,
quale est illud omne totum
est maius sua parte: nam si
quis cognoscatur, quid est to-

tum, & pars, nulla indiget
inductione, vel experientia, vt
statim illi assentiat.

Dico, secundo aliqua esse
principia, quæ non adhuc sunt
nota, & ita per aliam demonstra-
tionem probari possunt in hoc
syllogismo.

**Omne admiratum est ri-
bile.**

**Omnis homo est admirati-
vus.**

**Ergo omnis homo est ri-
bis.**

Illud principium quod om-
nis homo sit admiratus de-
monstrari potest à priori per defini-
tionem hominis: quia passio de-
monstrari potest, vt si dicamus.

**Omne animal rationale est ad-
miratum.**

**Omnis homo est animal ratio-
nale.**

**Ergo omne admiratum est
rationale.**

Et ita illud principium, quod
in demonstratione verum esse
supponitur, re vera etiam ali-
quando potest demonstrari. Ali-
qua etiam sunt principia, que
experientia, & inductione pro-
bari possunt, vt quod omnis ig-
nis calefaciat, inductione con-
stat.

Pro quo notandum est, quod
inductio, si recte fiat argumentū
B 2 est

est satis efficax, quia non est necessarium habere experientiam omnium singularium, sed plurimum quando est eadem ratio, aliis addendo illam particulam & in ceteris simil modo, nec valet dicere, quod sensus falli possunt: nam, quamuis hic, vel ille sensus in particulari falli possit, non tamen sensus recte dispositus circa obiectum debite sibi propositum. Præterea non est credendum communem omnium experientiam naturaliter loquendo decipi, & ita inducitur recte facta argumentum est satis efficax, immo communis modus cognoscendi prima principia, ut quod torum sit maius sua parte est per inductionem, & ita est intelligendus Aristoteles quando assertum est prima principia necessario inductione, & experientia cognosci, id est, ut in plurimum, non tamen est semper necessarium.

Quæstio. III. Quid præcognoscendum sit de subiecto.

CVm in demonstratione demonstremus aliquid de subiecto, ut de homine, quod sit risibilis, querimus modo, quid præcognoscatur de talis subiecto indemonstratione, ante conclusionem inferendam, & cum duæ tantum sint præcognitiones ut supra vidimus, scilicet,

an sit, & quid sit, videndum est, quæ nam illarum, vel utraque simul præcognoscatur de subiecto.

Circa questionem, an sit, Albertus, Caietanus, & Toletus in hoc capite asserunt, quod quamvis scientia, nempe, quæ agunt de ente rationis, non præcognoscant de suo obiecto, an sit existens in rerum natura, quia hoc repugnat enti rationis, cum solum habeat esse fictum in intellectu, tamen scientia reales, quæ agunt de obiectis realibus præcognoscunt de suo obiecto, an sit secundum esse actuale, & videtur habere fundamentum in Aristotele capite de relatione, ubi, ut vidimus ait, quod scientia & scibile non sunt simul natura, quia scibile potest esse sine scientia, non tamen scientia sine scibili, ubi aperte loquitur de esse existentia: ergo sentitur, quod scientia præsupponit suum obiectum existere ergo.

Contrariam tamen sententiam tenet in hoc capite Sotus questione unica ad tertium & Lobanienses, qui asserunt de subiecto, non semper præcognoscendum esse, an existat unde dico primo in hac difficultate Aliquando de subiecto præcognoscendum est secundum esse, actualis existentia, quando scilicet prædicatum monstrandum, non potest conuenire, nisi subiecto existenti. Probatur, nam sunt aliqua prædicata

dicata huiusmodi , nam si aliquis querat vitrum homo sedeat , proculdubio debet supponere esse actu hominem , quia illud prædicatum sedere non conuenit , nisi homini existenti.

Dico tamen secundo non semper de subiecto præcognosci , an sit actualiter nempe , quando prædicatum demonstrandum , non requirit existentiam ex parte subiecti. Probatur aperte : nam quando in scientia de vacuo , quæritur utrum vacuum sit possibile , & in scientia de infinito utrum infinitum sit possibile , planum est , quod non supponimus illa esse , sed potius querimus , an sint possibilia . Similiter , ut in scientia de homine demonstremus , de illo quod sit risibilis , non opus est , quod homo actu existat : quia quando in conclusione inferimus : ergo omnis homo est risibilis , verbum est non dicit actualem existentiam sed connexionem prædicatum subiecto : ergo non semper de subiecto præcognoscendum est , quod sit actu , imo nec quod sit possibile nisi solum , quando prædicatum demonstrandum , non potest conuenire nisi subiecto actu existenti.

Vnde ad fundamentum contrariæ sententiae responde-

tur , quod scientia potest considerari duobus modis primo in quantum qualitas est præcise , & quidam habitus scientificus , & hoc modo non requirit existentiam sui obiecti , qua ratione scientia de vacuo non requirit vacuum actu esse , imo per naturam est impossibile vacuum.

Secundo potest considerari in quantum est relatio secundum esse ad scibile , & sic necessario requirit scibile existens , quia relatio secundum esse , ut ostensum est capite de relatione , necessario debet esse inter extrema actu existentia , & hoc modo loquitur Aristoteles loco allegato cum dicit non posse esse scientiam sine scibili , non tamen loquitur de scientia absolu-

Sed dubitabis primo , an aliqua scientia possit probare de suo obiecto , quod sit. In quare dicendum est breviter , quod quamvis de obiecto adæquato scientiæ semper præsupponatur illud esse , quia est res notissima , qualiter certissimum est , esse ens mobile quod est obiectum philosophiæ , & ens absolute , quod est obiectum metaphysicæ , & idem est si discurramus per reliquias scientias : tamen de obiectis in adæquatis scientiæ multoties conuenienter probatur

actu existere. Qualiter Aristoteles in philosophic primo physicorum daria parte rei materialis primam & quarto libro physicorum demonstrat locum esse & octavo libro physicorum demonstrat deri vnum primum motorem omnia mouentem, & gueuantem, de quibus omnibus tanquam de obiectis in adæquatis disputat philosophia quamvis quodlibet obiectum ex his sit obiectum illius partis physice, quæ de illo tractat, quia ratione scienzia de loco, obiectum adæquatum est locus, quamvis respectu totius philosophiae dicatur obiectum in adæquatum.

Addo tamen de his obiectis partialibus solum probari, quod actu sint à posteriori, & per effectus. Qualiter Aristoteles loco allegato ab effectibus probat dandum esse unicum primum motorem, quia existentia non potest à priori demonstrari, eo quod dependet à causa efficienti, quæ est causa extrinseca.

Dabitabis secundo an subiectum præcognoscatur, est se per cognitionem discursivum. Respondetur iudicium quo præcognoscimus de obiecto adæquato, an sit non esse discursivum, sed ex sola apprehensione rei sufficienter causari, qualiter non est opus discursu, ut cognoscamus

de ente quod est obiectum metaphysicæ, quod sit, & idem est de ente mobili, & quousque alio adæquato obiecto si illud recte apprehendamus. De obiectis, verò in adæquatis dicendum est, quædam præcognosci absque aliquo discursu, quia per se notum est: illa esse: nam quamvis ignoret esse elementa, quæ sunt obiecta in adæquata philosophia de quibusdam verò præcognoscitur per discursum alium præ habitum, verbigratia indemonstratione, qua de materia prima demonstramus aliquam passionem, præsupponimus illam esse: quod tantum probat Aristoteles primo physicorum & idem est de loco, ut antea dictum est.

Maiores ergo habet difficultatem in hac quæstione utrum subiectum præcognoscendum sit, quid sit, & convenient, de subiecto præcognoscendum esse quid nominis idest, quid nomen significet, ratio est aperta, quia impossibile est de subiecto aliquo verbi gratia de homine alicui demonstrare, nisi præsupponatur, quid intelligatur per nomen homo: ergo de subiecto necessario præcognoscendum est, quid nominis, seu definitio nominis.

Solum ergo est Dubium apud auctores, an de subiecto præ-

Et præcognoscendum sit quid rei, seu definitio rei In qua re, Temistius Philoponus, Averroes, Paulus Venetus, & Toletus, in hoc capite assertunt de subiecto solum esse præcognoscendum, quid nominis, non verò, quid rei.

Alij verò assertunt, etiam de subiecto præcognoscendum esse quid rei, seu definitio, rei sic tenet Albertus Magnus tractatu primo suæ Dialecticæ capite tertio Sanctus Thomas Sotus, & Cajetanus, & Lombanienses in hoc capite.

Tamen pro huius rei intelligentia aduertendum est, quod demonstratio est duplex: alia est demonstratio quia. Alia vero propter quid demonstratio, quia, est ut, qua demonstramus causam per effectum à posteriori, ut qua probamus hominem esse rationalem, quia est risibilis: nam per passionem, quæ est posterior essentia, & effectus illius, demonstramus essentiam, nempe, quod sit rationalis: demonstratio vero propter quid est illa qua è contra demonstramus effectum per causam à priori, ut qua demonstramus hominem esse risibilem, quia est animal rationale.

Quo supposito dico in hac difficultate, indemonstratione quia non debet præcognosci de subiecto, quid rei, seu definitio rei, probatur, quia illud

quod demonstratur non præcognoscitur, sed indemonstratione quia demonstratur de subiecto definitio rei, ut in hac demonstratione omne risibile est animal rationale, omnis homo est risibilis: ergo omnis homo est animal rationale: ergo indemonstratione, quia non debet præcognosci de subiecto, quid rei.

Dico sedundo indemonstratione propter quid, quamuis aliquando præcognoscatur de subiecto, quid rei, non tamen semper est necessarium, quod aliquando præcognoscatur, patet, quando media definitione demonstramus passionem, ut in hac demonstratione omne animal rationale est risibile omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis, &c. vbi definitio rei præcognoscitur in præmissis, & sumitur ut medium ad probandam passionem, tamen quod semper non sit necessarium probatur ex Aristotele in hoc capite, vbi loquitionem vniuersalem faciens, dicit de subiecto solum esse semper præcognoscendum quid nominis, vbi nuplum fecit mentionem, de quid rei: nec mirum est, quia Aristoteles hic loquitur de præcognitis ad omnem demonstrationem. Quia, & propter quid quia post quā dixit vniuersaliter omnem doctrinam & disciplinam

sieri ex præexistenti cognitione statim enumerat præcognitata, & præcognitiones: ergo assignat illa respectu demonstrationis incommuni, prout comprehendit omnem demonstrationem: sed indemonstratione. Quia, ut ostensum est non debet præcognosci de subiecto, quid rei: ergo non semper est necessarium.

Secundo; quia adhuc in demonstratione propter quid non semper est necessarium, ut patet, quando demonstramus secundam passionem per primâ quæ est causa secundæ, ut in hac demonstratione.

Omne admiratum est risibile

Omnis homo est admiratus.

Ergo omnis homo est risibilis.

Quæstio. V. Quid præcognoscendum sit, quæ de subiecto aliquo demonstratur.

CONVENIUNT omnes de passione præcognoscendum esse, quid nominis, quia ita docet in hoc capite Aristoteles & ratio est manifesta, quia, ut aliquis probet de homine esse risibilem, necessarium est præintelligere, quid significetur nomine risibilis: er-

go necessario de illa' præcognoscendum est, quid nominis.

Secundo conueniunt omnes, de passione non esse necessarium præcognoscere quid rei: cuius ratio est, quia de subiecto, ut aliquid de illo probemus non est necessarium præcognoscere, quid rei, ut probatum est: ergo neque erit necessarium hoc præcognoscere de passione de illo probanda. Post consequentia: quia sicut, vel aliquid probemus de homine sat est præcognoscere, quid nominis, nempd, quid nomen homo significet: ita ut probemus de illo passionem sat est præcognoscere, quid nomine illud significet: ergo non est necessarium præcognoscere, quid rei de passione: secundo, quia in hac demonstrazione omne animal rationale est risibile. Omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis in præmissis, nulla habetur definitio risibilis, quia animal rationale non est definitio propria risibilis, sed hominis: ergo de passione non est necessarium præcognoscere quid rei.

Solum ergo est dubium apud autores, utrum de passione præcognoscendum sit, an sit. In quare doctores Lobanienses existimant de passione necessarium esse præcognoscendum, quod sit in rerum natura, postea quæ in conclusione probatur, q*in sic*

insit in hoc subiecto, ut cum inferimus: ergo omnis homo est risibilis. Cuius sententia fundatum est, qua qui demonstrat terram esse rotundam, supponit proculdubio esse rotunditatem.

Secundo probatur, quia passio verificatur de medio in praemissis, verbi gratia in hac demonstratione omne animal rationale est risibile. Omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis: verificatur in maiori de animali rationali, quod sit risibile, sed non potest verificari, quin existat: ergo in maiori præcognoscitur de passione, an sit.

Tertio, quia questio, an sit, est prior questione, propter quid sit, quia prius est aliquid esse, quam inquirere causam propter quam est: sed questio propter quid sit, demonstratur de passione, ut indicta demonstratione in conclusione probatur, hominem esse risibilem quia est rationalis: ergo questio, an sit, præcognoscitur de tali passione.

Contrarium tamen sententiam tenet Sotus, & Cajetanus in hoc capite, nempe de passione non esse necessario præcognoscere, an sit, sed solum quid nominis: quæ sententia nobis tenenda est primo quia Aristoteles solum dixit de passione præcognoscendum esse quid nominis,

Secundo, quia quando querimus utrum homo sit risibilis, proponitur res dubia, donec actu in conclusione inferatur, hominem esse risibilem: ergo non est necessarium presupponere, quod risibile existat, sed quid significetur nomine risibilis ad intelligendam dubitationem, nam hoc satis est, ut postea in conclusione inferatur hominem esse risibilem.

Est tame aduertendum, quod quanvis in demonstratione propter quid, passio, quæ quoddam accidens est demonstratur de subiecto, tamen in demonstratione, quia, sapissime demonstratur prædicatum aliquod essentiale, qualiter à posteriori demonstramus de homine, quod sit rationalis, quia est admiratiuus, & ita aliqui hoc præcognitum, quod nos appellamus passionem, ipsi appellant, quæsitum, id est, id quod in demonstratione demonstrandum inquiritur, quod quæsitum, tam comprehendit passionem, quam alia prædicta essentialia, quæ plures demonstrantur, Aristoteles autem apposuit exemplum in passione, quoniam in demonstratione propter quid, quæ est potissima demonstratio, passio est quæ demonstratur.

Vnde ad fundamenta contraria sententia respondetur ad primum quod ut demonstramus terram rotundam esse, fa-

etis est præcognosci quid significetur nomine, rotunditatis, non vero, an sit rotunditas, quia donec actu inferatur in conclusione ad intelligendam questionem dubiam, satis est præcognoscere quid nomine rotunditatis intelligatur.

Secundo bene respondet Ciceron, quod passio, verbi gratia risibile, potest considerari duobus modis, uno modo materialiter, ut res quedam est, non discernendo, utrum sit passio, vel essentia, & sic potest de illa præcognosci quid sit, ut in illa maiori omne animal rationale est risibile, præcognoscitur, quid sit risibile, quod versificatur de animali rationali tamen si consideretur, passio, ut passio est, formaliter, ut dicit dimanare ab essentia, sic non præcognoscitur de illa quid sit, quia hoc est quod demonstratur, nempe, quod risibilitas sit passio dimanans ab essentia hominis.

Vel secundo dici potest, quod aduferificandam illam propositionem, omnis homo est risibilis, non est necessarium, quod risibile existat, quia verbum est non dicit actualem existentiam sed connexionem, veluti essentialem prædicati cum subiecto, & ita quando in conclusione inferimus: ergo omnis homo est risibilis, etiam verbum est, non significat necessario actualem existentiam, sed conne-

xionem, quasi essentialem prædicati cum subiecto, quia siue homo sit, siue non sit, scientia de homine demonstrat de illo suas passiones, & ita ut dictum est, adhuc de subiecto non semper præcognoscendum est, an sit, iuxta doctrinam supra dictam.

Ad tertium, quod quanvis questione, an sit, prior sit questione propter quid sit tamen non debet præcognosci, quia quando probamus hominem esse risibilem, quia est rationalis, verbum est, non dicit actualem existentiam, ut dictum est, sed connexionem prædicti cum subiecto, & ita non debet præcognosci, an sit, sicut nec demonstratur propter quid actu sit secundum esse actualis existentia.

Question. Ultima. Vtrum assensus præmissarum necessaret intellectum ad assentiendum conclusioni.

Dicitur Verum Omnis Possunt, inquit in hac questione, primo utrum cognita maiori, & minori, statim cognoscatur conclusio in eodem instanti. Secundo, utrum assensus præmissarum necessitat intellectum ad assentiendum conclusioni, que duo suo ordine examinanda sunt.

Circa primū certum est primo, quod maior propositio seorsum, & sine minori considerata, potest cognosci prius tempore, quam inferatur conclusio, id enim docuit in hoc capite expresse Aristoteles: & ratio est, quia potest quis primo assentiri huic propositio- ni Omne animal rationale est risibile, considerando illam secundum se, & seorsum, postea vero confidere syllogismum adiungendo illi minorem, & consequentiam, dicendo. Sed omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis, & similiter potest cognosci minor propositio seorsum, & extra syllogismum prius tempore quam cognoscatur conclusio, quia in hac demonstratione omne rationale est admiratum omnis homo est rationalis: ergo omnis homo est admiratus, illa minor omnis homo est rationalis proculdubio potest seorsum, & sine maiori prius tempore cognosci, quam cognoscatur conclusio.

Solum: ergo est Dubium virūm cognita maiori, & minori simul statim cognoscatur conclusio in eodem instanti, & loquimur primo, quando cognoscitur primo bonitas consequentie, nam si non cognoscatur bonitas consequentie fieri potest, quod cognita maiori, & minori, non

cognoscatur statim conclusio, quia consequentia non apparet illi legitima.

Loquimur etiam natura- liter, quia cum actus quo assentimus coclusioni sit diuersus ab actu, quo assentimur principiis, posset Deus de potentia absoluta stante iudicio majoris & minoris suspendere concursum ad assensum conclusionis, & ita fieri posset de potentia absoluta Dei, quod cognita maiori, & minori, non cognoscatur simul conclusio: loquimur ergo naturaliter loquendo, & in intellectu beue disposito, quia mentecaptus, ob parvitudinem ingenij potest cognita maiori & minori, non cognoscere statim conclusionem.

Ratio autem dubitandi in hac questione est primo, quia Aristoteles secundo Topicorum capite quarto ait, quod potest quis multa scire, & intelligere, tamen non nisi vnum idest, quod potest quis habitualiter scire multa tamen actu, non potest simul cognoscere multa, sed vnum: sed major, minor, & conclusio sunt plura obiecta: ergo non potest simul cognoscere conclusio.

Secundo quia intellectus est potentia quedam finita & limitata: ergo numerum actionum, quas potest simul exercere finitus est: ponamus ergo esse Deum & ponamus intellectum

etum, iam habere octo actiones, deinde, si accedit demonstratum, cognita maiori, & minori per duas alias intellectiones, finitur numerus actionum, quas potest exercere, quia fit numerus denarius, qui erat ultimus terminus potentiae intellectus: ergo tunc non poterit simul cognoscere conclusionem: nam assensus conclusonis, est diuersus actus ab assensu principiorum, ut supra diximus.

Vera tamen communis sententia à nobis tenenda est, intellectum, cognita maiori, & minori, & bonitate consequentie simul, & in eodem instanti cognoscere conclusionem, quam conclusionem Masius, & plures alij ex eo probant, quia intellectus eodem actu potest intelligere plura per modum unius, ut tenet communis opinio, tertio libro de anima de quo ibi, sed principia, & conclusio sunt plura obiecta sub ordinata, & ita faciunt unum: ergo possunt eodem actu simul cognosci.

Hæc tamen solutio iam à nobis impugnata est questione prima, huius disputationis, vbi ostendim is principia, & conclusionem diuersis actibus cognosci, licet sub ordinatis: quare aliter probatur conclusio primo ex Aristotele in hoc capite vbi expresse fatetur. Cognita maiori, & minori, simul

cognosci conclusionem. Et ratio est primo, quia vt dicimus tertio libro de anima, Deo dante, & multis aliis locis in eodem libro sapissime citandis, vt ibi quisque videbit quanuis repugnet intellectum habere simul duas intellectiones, numero tantum diuersas, non tamen repugnat habere simul duas intellectiones specie diuersas, quia duo accidentia specie diuersa, non repugnat dari simul in eodem subiecto. Qualiter in lacte simul reperiuntur albedo, & dulcedo, que specie differunt: sed cognitio præmissarum, & cognitio conclusionis sunt actus specie diuersi, quia habent diuersa obiecta, nempe principia, & conclusionem: ergo cum unus actus sequatur ex alio, non repugnat intellectum in eodem instanti, quo cognoscit maiorem, & minorcm, simul & in eodem instanti cognoscere conclusionem.

Secundo, quia causa efficiens non impedita, in instanti potest operari: sicut sol in eodem instanti, quo fuit creatus cum luce, illuminavit: quia ad recipiendum lumen in eodem instanti nullum fuit impedimentum in aere: sed assensus præmissarum est causa efficiens assensus conclusionis, vt questione prima ostensum est: ergo in intellectu bene disposito potest assensus præmissarum in eo-

in eodem instanti causare assen-
sum conclusionis: ergo cogni-
ta maiori, & minori, statim, si-
mul cognoscitur conclusio.

Est tamen aduertendum, quod
quauis conclusio simul tempo-
re cognoscatur: quia præmis-
sis, tamen negari non potest,
quim assensus principiorum sit
prius natura quam assensus con-
clusionis, quia est causa illius;
causa autem est prior natura suo
effectu.

Vnde ad rationes dubitadives
pondetur ad primam, quod quā-
do Aristoteles dicit, quod nō pos-
sumus intelligere, nisi vnum in-
telligendum est eodem actu; id
est, non possumus intelligere
plura eodem actu, tamen pos-
sumus intelligere plura simul,
pluribus actibus, qui simul ha-
beantur.

Ad secundum varijs varijs re-
pondent vera tamen solutio est,
quod quauis se res semper, cog-
nita maiori, & minori, & boni-
tate consequentiæ simul cognos-
car ut conclusio, tamen assensus
præmissarum non necessitat in-
tellectum ad exercendum assen-
sus conclusionis, vt iam dicam
difficultate sequenti, de ita in
illo Metaphysico casu facile
concedi potest, non esse fatu-
rum assensum conclusionis, cog-
nita maiori, & minori: nos autē
solum dicimus, quod intellectus
cognita maiori, & minori, potest
simul cognoscere conclusio-
nem, non tamen, quod sem-

per, id sit necessarium.

Secunda ergo difficultas in
hac questione examinanda erat
vix assensus præmissarū ne-
cessitat intellectum ad assentē-
dum conclusioni. Pro cuius
intelligentia aduertendum est,
quod intellectus necessitari ad
assensus cōclusionis duobus mo-
dis contingere potest; uno mo-
do quoad exercitium, & est ne-
cessitari, vt exerceat actum af-
fensus conclusionis, ita vt non
possit suspendere exercitium il-
lius actus.

Necessitari vero quoad speci-
ficationem est, quod iam quod
non necessiterit ad exercendū
actu assensum conclusionis, ta-
men necessitatur, vt non possit
dissentiri illi conclusioni, que
duo maxime diuersa sunt: nam
bene potest, quis necessitari, vt
non ambulet velociter, tamen
exercere actum ambulationis
tarde, liberum sit illi.

Hoc supposito dico primo in
hac difficultate assensus præmis-
sarum, etiam in argumento de-
monstratio non necessitat intel-
lectum ad assensum conclu-
sionis, quoad exercitium. Proba-
tur: quia intellectus est potētia
subdit a voluntati, quoad exer-
citium operandi, intelligimus e-
nīra quando volumus: ergo ad
huc cognitis præmissis, & boni-
tate consequentiæ potest intel-
lectus cessare ab exercitio assen-
sus conclusionis.

Secundo quia sicut voluntas
se habet

se habet in ordine ad bonum, ita intellectus in ordine ad verum; sed voluntas libere exercet actum amoris circa bonum in communi, ubi nulla est ratio malorum, quia potest suspendere exercitium illius actus: ergo si miser, quanvis in conclusione, quae evidenter sequitur expressis verbis, nulla appareat ratio falsitatis, poterit quidem intellectus ipse ex imperio ipso voluntatis suspendere exercitium assentiendi conclusioni, ad alia obiecta consideranda: ergo assensus præmissarum non necessitat intellectum, quo ad exercitium, ad assensum conclusionis.

Sed obiecties impossibile est illum, qui habet apertos oculos non videre colorem illuminatum sibi propositum: sed quod do assentimur præmissis evidenteribus, & cognoscimus honestatem consequentie, veritas conclusionis, quasi illuminata est per veritatem præmissarum, & est posita intellectio per apprehensionem: ergo non potest non videri, & iudicari ab intellectu: probo consequētiā. Quia sicut visus tedit in colorem, ita intellectus in verum.

Respondetur negando paritatem rationis, quia non eodem modo subditur imperio voluntatis potentia visiva, & potentia intellectiva, ut latius multis quidem locis tradunt Theologii: nam potentia visiva sub-

ditur imperio voluntatis in suis actibus indirecte, nam potest non videre, quia possunt claudi palpebrae: quia actus claudendi palpebras, potius est actus potentiae loco motu: quam potentia visiva: cum ille actus potius sit motus localis, quam visio: tamen in suo actu proprio potentia visiva non subditur directe imperio voluntatis, quia impossibile est, apertis palpebris si color sit illuminatus suspendere visionem, tamen intellectus directe in suis propriis actibus subditur imperio voluntatis, & ita ex tali imperio potest cognitis præmissis non considerare conclusionem divergendo se ad alia obiecta diversa, & ita actus assentiendi conclusioni liber est quoad exercitium, & ex hoc patet, quod maior, & minor simul potest cognosci prius tempore, quam conclusio, quia potest suspendi exercitium circa conclusionem.

Dico secundo in hac questione, nihilominus assensus præmissarum, quando etiam apparet honestas consequentia necessitat intellectum, quoad specificationem ad assensum conclusionis, id est, necessitat, ut non possit dissentiri illi conclusioni: probatur plane. Quia intellectus non potest dissentiri illi conclusioni, ubi nulla apparet ratio falsi: nam sicut assentiri est circa verum, ita dissentiri

tiri est circa falsum: sed sup^o posito assensu præmissarum, & cognita bonitate consequentiae nulla apparet falsi ratio in conclusione, quia euidenter sequitur ex præmissis, quibus iam intellectus assentitur: nam ex vero, non nisi verum: ergo supposito assensu præmissarum, impossibile est dissentiri conclusioni, atque adeo necessitatibus intellectus, quo ad explicationem. Et confirmatur: quia syllogismus in communis sic definitur: *Syllogismus est argumentatio, in qua quibusdam postis aliquid aliud sequitur necessario, per ea que posta sunt:* Ergo assensus præmissarum, saltem quoad specificationem, necessitat intellectum ad assentiendum conclusioni.

Sed obiicies, argumentum probabile, cum non sit argumentum certum & euidens non necessitat intellectum, quoad explicationem ad assensum conclusionis.

Respondetur quod quantum argumentum probabile absolu te loquendo non necessitat im-

tellectum, quia non est argumentum certum, tamen ex suppositione, quod assentimur præmissis, si consequentia apparet legitima, necessitatur, ut non possit dissentiri conclusioni: quia euidenter sequitur ex illis præmissis, quibus iam supponimus intellectum assentiti, quis non repugnat aliquid, quod absolute loquendo non est necessarium ex suppositione necessarium esse, quæ est necessitas secundum quid. Sicut absolute loquendo contingens est, hominem ambulare, tam ex suppositione quod currat, necessarium est quod ambulet: immo idem est in syllogismo falsigrapho: qua contingere potest, quod in illa consequentia euidenter sequatur ex præmissis ut in hoc syllogismo Omnis homo est arbor. Platanus est homo: ergo platanus est arbor: nam supposito assensu præmissarum necessitatur intellectus ex suppositione ad assentiendum conclusioni, quæ euidenter sequitur ex præmissis.

CAPUT



C A P V T S E C V N D U M.

Postquam Arist. in superiori capite explicuit, quæ debeant præcognosci in demonstratione, iam in hoc capite docet qualia sint illa, ex quibus demonstratio debet consisti, sed quia tota ratio mediocris sumitur in ordine ad finem, cum demonstratio ordinetur ad adquirendum scientiam, ideo ut re de Aristot. explicet naturam demonstrationis, prius definit scientiam: Vnde caput hoc in tres dividitur partes: in prima adducit Aristot. definitionem scientiæ in secunda adducit duas definitiones demonstrationis: in tertia explicat secundam definitionem demonstrationis.

Ad primam partem accedentes inquit Aristotel. quod scire simpliciter, & non sophistico modo, illud est, quando rem per causam cognoscimus propter quam res est, & quoniam illius est causa, & quod non contingit aliter se habere: quasi dicere: tunc vere scimus, quando rem per causam cognoscimus, cum qua connexionem habet.

Definit deinde demonstratio nem duabus definitionibus prima est: demonstratio est syllogismus faciens scire. Secunda est demonstratio est syllogismus procedens ex veris primis, & immediatis prioribus, & notioribus & causis conclusionis.

Probat deinde singulas particulæ huius definitionis: nam in primis, *Demonstratio* debet procedere ex *veris*, quia conclusio in demonstratione debet esse sciata: ergo debet esse, vera quia quod non est non scitur, si autem est vera, debet procedere ex *veris*, quia falsum non est causa veri, debet etiam procedere ex primis, & immediatis: quia quo usque res ad prima principia reducitur, nō dum certa cognoscitur, & ita nō scit ille qui nescit resoluere cœclusionem usque ad sua prima principia.

Debet etiam procedere ex causis: quia demonstratio facit scire, scire autem est rem per causam cognoscere, debet etiam procedere ex prioribus, quia debet procedere ex causis, quia scire est rem per causam cognoscere: sed causa est prior natura quam

quam effectiue: ergo debet procedere ex prioribus: sed quia dicit demonstrationem procedere ex primis, explicat deinde quid sit primum, dicens, quod idem est primum, quod principium vade diffinit principium dicens principium est propositio medio vacans, idest, quæ non probatur insyllogismo, vel quæ non est altera prior, per quæ in eodem syllogismo probetur, quia semper principia supponuntur, ut certain demonstratione, inquit tamen, quod hæc principia alia sunt, quæ appellantur dignitates scilicet, quæ sunt omnibus scientiis nota; & communia, quale est illud, quodlibet est, vel non est: alia vero appellantur positiones & sunt illa, quæ non sunt communia omnibus scientiis, sed propria alicuius particularis scientiæ, & hæc inquit sunt in duplice differentia: nam quædam appellantur suppositiones, ut quædo supponimus aliquid, ita esse; vel non esse: alia appellantur definitiones, scilicet, quibus explicat, quid res sit, concludit tandem caput, dicens, quod principia, sunt magis credita, quam conclusio, idest, magis assentimur principiis, quam conclusioni, & hoc probat, quia propter quod unumquodque tale, & illud magis, idest, quando aliquid est tale, propter aliud, illud aliud est magis tale, sed assentimur conclusio, propter principia: ergo magis

gis assentimur principiis, & hæc de litera capitinis.

Circa Literam.

HO C Loco fere ab omnibus examinari solet distinctione illa scientiæ ab Aristotele, allata, in merito tamen, quia Aristot. obiter scientiam, diffinit, & solum ex professo, agit de demonstratione, usque ad cap. 23. & 26. & ita nos scientiæ distinctionem, usque ad hæc loca, non pertractauimus, tum etiam, ne inceptam disputationem de demonstratione, interrumpamus.

Hoc supposito dubitatur primo, circa literam huius capitinis, circa id quod dicit Aristoteles, quod principium est propositio medio vacans, vel quæ non est altera, nam præmissæ in demonstratione sunt principia, ex quibus infertur conclusio, hæc autem principia, seu præmissæ, non semper sunt prima principia, & ita possunt probari per prima principia: falsum ergo est dicere, quod principium est propositio medio vacans, & quæ non est altera prior. Respondeatur, quod principiū respectu syllogismi, in quo assumentur ad inferendam conclusionem non probatur, & ita medio vacat, respectu illius syllogismi, quia principia non probantur in illo syllogismo, sed cō-

clusio probatur per illa principia, verum est, quod principia possunt probari in alio syllogismo, per alia principia priora: tunc tam: n, non habent rationem principij, sed conclusionis; quia per alia principia probatur, reliqua autem quæ in litera huius capituli explicatione indigent, in discursu sequentis disputatio- nis patebunt.

Disputat. II. De natura demonstrationis.

Aristoteles non solum in hoc capite, sed usque ad caput. 22. de demonstratione disputat, postea vero de scien- tia, & opinione, & ita non per hæc omnia capita, hanc disputatione de demonstratione con- tinuabimus, in quolibet capite proprias huius disputationis, quæstiones attingentes.

Quæst. I. Quæ sit essentia demonstrationis.

Merito quidem in hac quæ- stione omissimus quæ- stionem, an sit, quamvis enim Heraclitus, & Clatilus, nullam esse demonstrationem asseruerint, quia scientiam de medio tollebant ad quam ordi- natur demonstratio: est tamen res adeò insana, ut iam hoc tem-

pore controverti non potestinā quis dicat hoc argumentū. Cur rit ergo mouetur, non esse de- monstratiuum?

Circa essentiam demonstrati- onis notandum est, nomine demonstratio hoc intelligi, quoddam argumentum certum & evidens, & ideo demonstratio appellatur, quia propter suā evidentiam rem clare demon- strat.

In hac autem demonstratio- ne, duo considerari possunt: pri- mo, id quod formaliter est de- monstratio, nempe discursus quidam, certus, & evidens, & cum discursus actus sit intelle- ctus, demonstratio formaliter sumpta, actus est intellectus, po- stea quæ per externas voces ma- nifestatur.

Secundo, considerari pos- sunt obiecta, quæ in tali de- monstratione considerantur, nā cum demonstremus terram ro- tundam esse, consideramus ter- ram, & rotunditatem, & simi- lia obiecta, & in his obiectis, adhuc duo considerari possunt. Primo res ipsæ quæ cognoscun- tur, secundo ordo prædicati, & subiecti, qui est in proposi- tionibus mentalibus, ex quib[us] certum est, quod iste ordo prædicati, & subiecti sit rela- tio rationis, vt dixi capite de relatione; quia est extrinseca denominatio, ab actu intelle- ctus prædicante, & affirmante unum de alio; secundo certum

est quod res ipsæ, quæ sunt obiectum demonstrationis aliquando sunt entia realia, & aliquando rationis: nam intellectus aliquid discurrit circa entia realia, aliquando vero circa entia rationis. Solum est difficultas, an ipsa demonstratio formalis sit ens reale, vel potius rationis.

In qua re, omnes, qui existimant obiectum Logicæ, esse ens rationis, quos supra impugnauimus in proœmio Logicæ, consequenter afferunt demonstrationem formaliter, sumptam esse ens rationis, quia continetur sub obiecto adæquato Logicæ, dicunt enim, quod demonstratio potest considerari duobus modis, primo materialiter, prout est quidam actus intellectus, & hoc modo est ens reale, alio modo formaliter, & sic dicunt in voluere quandam secundam intentionem, que est ens rationis, & ita sentit Massius in proœmio Logicæ, & plures alij.

Veruntamen, sicut falsum est, quod obiectum Logicæ, sit ens rationis, ita etiam falsum est, quod demonstratio formaliter, sumpta sit ens rationis, & probatur, quia iudicium formaliter loquendo vere est ens reale; quia est actio intellectus iudicantis, quæ est secunda operatio intellectus: sed similiter demonstratio formaliter sumpta, est actio rea-

lis, quia cum sit discursus quidam est tertia operatio intellectus: ergo demonstratio formaliter sumpta est ens reale. Probo consequentiam, quia actiones intellectus aliquid reale sunt, & ita patet ex dictis, quod demonstratio sit quidam discursus mentalis, verus, certus, & euidentis, hanc autem demonstrationem duabus definit definitionibus in hoc capite Aristotel. prima est, demonstratio est syllogismus faciens scire: secunda est demonstratio est syllogismus, procedens ex veris primis, & immediatis prioribus & notioribus, & ex causis conclusionis, quæ duæ definitiones suo ordine, examinandæ sunt.

Circa primum diffinitionem aduentendum est, quod illa particula *syllogismus*, habet rationem generis, quia demonstratio conuenit, cum aliis argumentationibus, in ratione syllogismi, reliqua vero particulae, scilicet, faciens scire ponuntur, loco differentiæ, quia sola demonstratio generat scientiam, non vero syllogismus probabilis, vel falsigraphus.

Sed dubitabis primo, cum dicitur, quod demonstratio est syllogismus faciens scire, an illa particula, *scire*, sumatur pro scientia actuali, quæ est actus scientiarum, vel potius pro scientia habituali, id

id est , pro habitu scientifico. Respondetur proculdubio sumi pro habitu scientiæ , & non pro actu, ratio est , quia habitus scientificus , est ipse assensus conclusionis scientificæ , quia assensus includitur in ipsa demonstratione : nam demonstratio ut supra visum est componitur ex assensu præmissarum , & ex assensu conclusionis : ergo non bene diceretur , quod demonstratio causat scientiæ , quia scientia actualis includitur in ipsa demonstratione : sumitur ergo scientia in illa demonstratione pro habitu scientifico , ita ut sit sensus , demonstratio est syllogismus , per quæ generatur habitus scientificus.

Dubitabis secundo . Vtrum , hæc diffinitio sit essentialis , vel descriptiua . In qua re fere omnes conueniunt hanc diffinitionem esse essentialēm , quamvis in assignanda huius rei ratione , non omnes conueniant . Massius , & plures alij , in hoc capite redunt rationem , dicentes , quod finis ad quem essentialiter ordinatur demonstratio est scientia ; quia per demonstrationem adquiritur scientia , & ita quia hæc definitio explicat hunc respectum essentialēm , quem dicit demonstratio ad scientiam quam generat , ideo est essentialis .

Hæc tamen ratio non placet : quia scientia habitualis non est finis demonstrationis , quæ actus quidam est . Et probatur ,

quia habitus non est finis actus , sed è contra , actus est finis ad quem ordinatur habitus , quia habitus sunt propter actus : nam dantur ad facile eliciendos actus , sed demonstratio est actus scientiæ , cum principium scientiæ sit demonstrare : ergo demonstratio non ordinatur , tanquam in finem ad habitum scientiæ , sed è contra : vera ergo ratio est quia causa essentialiter definitur in ordine ad effectum , sicut potentia essentialiter diffiniuntur per suos actus , quia potentia est causa actus , sed demonstratio est causa scientiæ , quia generat scientiam : ergo essentialiter definitur , in ordine ad illam .

Sed obiicies : nam hic definitur demonstratio in communī , prout comprehendit omnem demonstrationem : sed nō omnis demonstratio , generat scientiam : ergo hæc ratio nulla est . Probatur minor , nam quando aliquis acquirit scientiam habitualēm , quamvis ille actus demonstrationis , qui fuit ante habitum scientificum generet ipsum habitum , tamen postea iam productio ipso habitu scientifico , actus demonstrationis , qui sunt ab illo non generant habitum scientificum ; quia iam supponunt illum productum : ergo non omnis demonstratio essentialiter ordinatur ad generandam scientiam . Respondeatur quod actus illi , qui supponunt

ponunt habitum scientificum, productum per accidens, non causant habitum, scientia, scilicet, quia productus iam est, quia si non esset productus naturæ sui haberet vim ad illum producendum, & ita quia per se loquendo, demonstratio est productiva sciètis, essentialiter definitur, per hoc quod est generare scientiam.

Miorem ergo habet difficultatem, secunda diffinitio, quæ est in hunc modum: Demonstratio est syllogismus, procedens ex veris primis, & immediatis prioribus, & notioribus, & ex causa conclusionis: cuius singulas particulæ probauit Aristot. in littera huius capit. p. 100 non habet.

Est tamen aduertendum, quod illa particula, syllogismus habet in ea rationem generis, quia in hac ratione genericæ, conuenit demonstratio cum syllogismo probabili, & aliis speciebus argumentationis, reliqua autem particula, quæ subsequuntur ponuntur loco differentiæ.

Secundo aduertendum est, quod in hac definitione, tantum definitur demonstratio, propter quid, non vero demonstratio, quia ratio est, nam cum demonstratio, quia, procedat ab effectu ad causam, & cum effectus, sit posterior causa, non procedit ex prioribus, ex primis: neque ex causis conclusonis.

Et si respondeas, quod quamvis effectus sit posterior, sua causa in illo genere, in quo illum causat, tamen in alio genere est prior, verbi gratia, effectus productus à causa efficienti, quamvis posterior illa in genere causæ efficientis, tamen in genere causæ finalis, est prior illi, quia effectus, est finis ad quem producendum, ordinatus causa.

Hæc tamen solutio, (quidquid sit de veritate illius dicitur in Physica) non satisfacit, quia demonstratio, quia, non procedit ab effectu, ut causa est: nam iam esset demonstratio propter quid, cum procedat ex causa: ergo procedit ab effectu, ut effectus est, atque adeò posterior sua causa.

Tertio aduertendum est, hæc definitionem essentialē esse, & quidditatiūam: nam quod demonstratio sit syllogismus, procedens ex veris, &c. essentialē est illi, ergo definitio quæ hoc explicat essentialis est, & quidditativa.

Sed contra hanc definitiōnem, hæc se explicatam nonnulla obici possunt: primo, quia videtur, quod non omnis demonstratio debeat procedere ex veris, nam quamvis hoc reperiatur in demonstratione obfusca, non tamen in demonstratione, per impossibile, ut si circa eum, qui negat hominem esse visibilem argu-

gumentemur hoc modo. Homo non est risibilis: ergo neque rationalis. Et confirmatur, quia probatio, qua Aristoteles probat illam particulam, *Ex veris*, nulla videtur, arguit enim sic. In demonstratione, conclusio est scita, quia demonstratio generat scienciam: ergo est vera, quia quod non est non scitur, circa quod est, nam multa sciuntur que non sunt: nam de vacuo habemus scientiam, nullum tamen datur vacuum.

Secundo, quia nominis demonstratio, debet procedere ex causis. Et probatur, quia demonstrationes Metaphysice, quibus aliquid probamus de Deo, ut quod Deus sit aeternus, quia est omnino immutabilis, non procedit ex causis, quia in Deo ad intra, non est ratio cause, neque est effectus, cum effectus dicat in perfectionem, nempe dependenteriam a causa: ergo non omnis demonstratio debet procedere a causis.

Tertio, quia illa particula, *Ex prioribus*, videtur superflua, nam iam dixerat Aristoteles, demonstrationem debere procedere ex primis: ergo frustra deinde addit, qd debet procedere ex prioribus, quia idem est esse aliquid primum & esse prius.

Quarto, quia demonstratio, non debet procedere ex

notioribus, & probatur, quia notiora, aut sunt notiora natura sua, aut quo ad nos: illa appellantur notiora, quo ad nos, quae noscere intellectus, prius cognoscit, quia ratione sensibilia sunt notiora in quibus, quia prius cognoscuntur a nostro intellectu, quam immaterialia: nam immaterialis, per sensibilia cognoscuntur, illa vero, appellantur notiora natura sua; quae in se priora sunt, quia ratione partes sunt notiores toto, cum dependeat a partibus, sed demonstratio nec debet procedere ex notioribus natura sua, neque ad nos: ergo, nullo modo: quod non ex notioribus natura sua, probatur: quia demonstratio, ordinatur ad demonstrandam, & patesciendam conclusionem, quam ignoramus: ergo non debet procedere ex notioribus natura, sed ex notioribus nobis: quod vero nec debet procedere, ex notioribus nobis; probatur, quia demonstratio, ut Aristoteles ait, debet procedere ex causis: sed causae sunt notiores natura sua, & non quo ad nos, quia causae natura sua sunt priores effectu: ergo notiores natura sua; ergo, demonstratio, nullo modo debet procedere, ex notioribus.

Quinto, quia haec diffinatio etiam conuenit syllogis-
mo.

non probabili, nam syllogismus probabilis, etiam potest procedere ex veris: nam aliquæ sunt, propositiones propositiones probabiles veræ: similiter procedere potest ex primis, & immediatis: nam inter probabilia, quædam sunt prima principia probabilia, sicut in necessariis sunt, quædam principia necessaria: similiter syllogismus probabilis procedit ex præmissis anterioribus, & prioribus conclusione, & ex causis conclusionis, quia præmissæ sunt causæ conclusio nis: ergo hæc diffinitio demonstrationis, conuenit aliis à definito.

Veruntamen ad primum, ut respondeamus notandum est, quod demonstratio est duplex alia ostensiua, alia vero, per impossibile, quæ maxime differunt: quia demonstratio per impossibile, est ad probandam falsitatem rei, deducendo ad impossibile, & ideo appellatur demonstratio per impossibile: at vero demonstratio ostensiua est ad probandam veritatem.

Differunt secundo, nam in demonstratione ostensiua consequens probatur per accidens, quia recte valet, antecedens est verum ergo, & consequens, at vero in demonstratione per impossibile, antecedens probatur esse falsum, per consequens, quia bene valet conse-

quens est falsum: ergo, & antecedens, & tam demonstratio ostensiua, quam per impossibile dividitur in demonstrationem, Quia, & Propter quid, nam in demonstratione ostensiua, aliquando procedimus à causa ad effectum, & tunc est demonstratio, propter quid ut homo est rationalis, ergo risibilis, aliquando verò è contra procedimus ab effectu ad causam, ut in hac est risibilis: ergo rationalis, & tunc est demonstratio, Quia, & à posteriori. Si militer in demonstratione per impossibile, aliquando procedimus à causa ad effectum, non est rationale: ergo non est risibile: nam sicut rationale ex causa risibilis, ita quod aliquid non sit rationale, est causa quod non sit risibilis, & tunc est demonstratio, Quia, ut cum argumentamur è contra, homo non est risibilis, ergo non est rationalis.

Tertio differunt, quia demonstratio ostensiua, procedit ex veris, quia infert conclusionem veram illam esse veram ostendendo, verum autem, non potest sequi, nisi ex vero, tamquam ex causa, at vero demonstratio per impossibile procedit, ex falsis deducendo ex illis datis ad impossibile.

Vnde ad argumēta respōdetur quod in hac diffinitione diffiniatur, tantū demonstratio ostensiua, quia hæc est, quæ procedit ex ve

ris non vero definitur demonstratio per impossibile: nam haec procedit ex falsis, cum hoc tamen appellatur demonstratio: Quia ex datis per euidentem consequiam deducit ad impossibile.

Ad confirmationem responderetur quod illa propositio: quod non est, non scitur, non debet intelligi, id est, quod non existit non scitur: nam ut argumentum probat, de vacuo habemus scientiam, cum tamen non sit vacuu, ubi obiter aduentendum est, falsam esse solutionem quorundam, qui dicunt, de vacuo non haberi scientiam simpliciter, & absolute, sed ex suppositione, ut cum inquirimus, an si esset vacuum corpus moueri possit, quod tamen falso est, nam etiam de vacuo habemus scientiam absolute, & simpliciter, & cum quærimus, an sit vacuum, vel utrum sit possibile, ubi nulla facta suppositione, procedit talis quæstio: ergo debet intelligi illa probatio Aristotel. in hunc modum, quod non est verum, non scitur, & hoc modo recte procedit, quia scilicet verum est objectum scientiæ, dixerat enim Aristot. quod in demonstracione conclusio, debet esse scita: ergo vera quam consequientia probat, quia quod non est verum non scitur.

Ad secundum respondetur, quod demonstratio, quia non procedit ex causis, & ita non

definitur hic, ut dictum est, tamen demonstratio propter quid ex causis procedit.

Pro quo aduentendum est, quod causa est in duplice differentiâ: nam alia est causa in cognoscendo, & est illa, quæ tantum est causa cognitionis, alterius rei, tamen realiter non causat illam rem, qua ratione, fumus est causa cognitionis ignis, à quo exiuit, non tamen causat illum ignem: alia vero, est causa in essendo, & cognoscendo simul, & est illa, quæ re vera causat effectum, & iuuat ad cognitionem effectus, sicut essentia est causa passionum & iuuat ad cognitionem passionum. Certum ergo est, quod demonstratio propter quid, debet procedere, ex causis in cognoscendo, & essendo simul: nam in primis, debet procedere ex causis, in cognoscendo, quia hoc generale est omni demonstrationi, cum præmissæ, semper sint causæ cognitionis conclusionis, debet etiam procedere ex causis in essendo, quia in hoc distinguitur à demonstratione, Quia, quæ etiam procedit in cognoscendo: ergo vltior demonstratio, Propter quid debet procedere, ex causis in essendo, & cognoscendo simul.

Sed rursus causa in essendo duplex est: alia est vere, & realiter causa, & quæ realiter distinguitur ab effectu, qua ratione

tione in homine, essentia est vere & formaliter causa visibilitatis, quia distinguitur realiter ab illa: alia vero est causa virtualis, & est, quæ non distinguiur, rea liter ab effectu, sed sola ratione, tamen ut sic distincta formaliter ab effectu concipitur ut causa illius ad nostrum modum intelligendi: qua ratione quanvis in Deo immutabilitas, & eternitas sunt idem, quia in Deo propter suam simplicitatem omnia sunt unum: tamen concipimus nos, quod immutabilitas, quæ saltē distinguitur formaliter cū eternitate sit causa eternitatis, nam ex eo quod aliquid sit immutabile omnino, qualis est Deus, sequitur quod sit eternum.

Vnde ad argumentum respondetur quod omnis demonstratio propter quid debet procedere ex causis, quāvis autem demonstrationes quibus aliquid de Deo demonstramus non procedant ex causis vere, & formaliter sump̄is, vt argumentū probat, tamen procedit ex causis virtualibus, vt quando demonstramus Deum esse optimum, quia est immutabilis, cum tamen in Deo omnia sint unum.

Sed dubitabis, ex quibus causis debet procedere demonstratio respondebitur, quod ut optime docuit Arist. debet procedere ex causis conclusionis, id est debet procedere ex illis, quæ sint causæ eius quod infertur, ut cū

demonstrans hominem esse risibilem debet procedere ex causis, quod homo sit risibilis, siue talis sit causa formalis, ut cum demonstramus aliquid esse album, quia habet albedinem, que est causa formalis albi, siue sit causa materialis efficiens, australis; qua ratione cum demonstramus passionem de aliquo subiecto per essentiam illius, ut quod homo sit risibilis, quia est rationalis: illa essentia est causa efficiens, materialis, & finalis passionis, vt docuit Aristoteles 2. libro, de anima capite. 3. & ita demonstratio propter quid ex quavis causa conclusionis procedere potest.

Ad tertium respondet bene Caietanus, quod illa particula, Ex prioribus, non est superflua in illa definitione, quia illa particula, Ex primis, vt Aristoteles exposuit significat demonstrationem debere procedere ex primis principijs, quia aliquis non scit perfecte, nisi sciat resoluere conclusionem, usque ad sua prima principia, de quo dicam quæstione sequenti: illa vero particula, Ex prioribus significat medium, id est, debet procedere ex medio, quod sit causa conclusionis: nam in hac demonstratione. Omne animal rationale est risibile. Omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis medium, nempe animal rationale, est causa conclusio-

C. 5. v. b. nis,

nis, nempe quod homo sit risibi lis.

Ad quartum respondeatur, quod demonstratio debet procedere ex notionibus nobis, & natura: nam in primis cum demonstratio ordinetur ad ostendendam, & demonstrandam nobis conclusionem debet procedere ex notiorib^o nobis, & quia debet procedere ex causis, & causæ sint notiores natura sua, etiam debet procedere ex notioribus natura tua, nā notiora nobis, & natura tua se p^z coincidunt & reperiuntur simul in eadem re: quia ratione hoc principium. Quodlibet est, vel non est, omnem tūm est maius sua parte est notius nobis, & etiam natura sua quia prima principiū sunt veluti primæ causæ ad quas conclusio nes reducuntur, & ita sunt notio ra natura tua.

Sed obijcies, non semper causæ sunt notiores nobis suis effectibus: nam aliquādo effectus sunt nobis notiores suis causis ergo tunc demonstratio non potest procedere ex notioribus nobis, & natura simul. Respondeatur quod quando causæ sunt notiores nobis suis effectibus, non debemus assumere illas ad demonstrandum, quousque siat nobis nota à posteriori per suos effectus, & tunc assumi possunt ad demonstrationem ad demonstrandam cōexionem effectus ad causam.

Ad ultimum Respondeatur

negando, quod hēc diffinīcio conueniat syllogismo probabili, quia debet sub illa particula Necessarij, contineri, dixerat enim antea Aristoteles definitiō scientiam, quod scire est rem per causam cognoscere, & quod illius est causa, & quod non cōtingit aliter se habere, & ita cum demonstratio ordinetur ad acquirendam scientiā debet procedere expositiōnibus, quæ necessario sint veræ propositiones autem syllogismi probabilis non sunt necessario veræ, quia aliquādo sunt veræ, aliquando falsæ, & ita non conuenit hēc definitio syllogismo probabili.

Quæst. II. Vtrum demonstratio debeat procedere ex primis, & immedia tis.

D E hoc prīmis & immedia tis nihil dictum est in ques tione præcedenti, quia peculia rem postulat explicationem q^z in hac quæstione à nobis prætādum est, vt vero intelligatur quid sint propositiones primæ & immedia^z, certum est, pro positionem mediatam esse illā quæ caret alio medio priori, per quād probetur, vt in hoc cap. docuit Arist. & ideo prima appellatur, quia non est alia prior per quam probetur, & hinc sit, quod nulla propositiō in

in qua prædicatur accidens aut propria passio de subiecto sit propositio immediata : ratio est, quia potest probari per actionem propositionem essentialiter priorem, quoniam essentia est prior passionis: ergo non est propositio prima, & immediata.

Vbi obiter nondum est propositionem aliquam, non ideo appellari immediatam, ut quidam volunt, quia inter prædicatum, & subiectum nihil mediet, nam ex hoc sequeretur, quod propositio in qua prædicatur prima passio de subiecto esset immediata, quia inter primam passionem, & essentiam subiecti nihil mediat, consequens tamen est contra Aristotelem, tum in hoc capite tum in lib. 2. post c. 1. & 3. dicens propositiones demonstrabiles a priori esse medias, quia habent medium per quod probetur: sed sic est quod prima passio potest demonstrari de subiecto a priori per essentiam: ergo propositio in qua probatur prima passio de subiecto est propositio media in sententia Aristotelis: ergo per propositionem immediatam, & primam intelligit Aristoteli propositiones indemonstrabiles a priori, & hinc rursus sit, quod solum propositiones essentiales sint primæ & immediate, quia ante essentiam rei nihil est primum per quod illa a priori probari potest, quāuis a poste-

riori, & per demonstrationem. Quia essentia probari possit, vt s̄pē diximus.

Sed dubitabis verū nōs pro positiones essentiales sint immediatas. Pro cuius intelligētia notandum est, q̄ propositionem aliquam esse immediatam duobus modis contingere potest, quædā enim dicuntur immediatas realiter, & sunt illæ, quæ nō habent in subiecto aliquid prius realiter distinctū ab eo, quod enuntiant, per quod demonstrari possit, v.g. hæc propositio. Homo est animal est propositione realiter immediata, & prima, quia cū esse animal sit de essentia hominis, & nihil sit prius essentia, nihil habet in homine realiter diuersum per q̄ probari possit, hæc tū eadem propositione virtualiter appellari potest mediata, quia quod homo sit animal, probari potest a priori & demonstratione, propter quid per aliquid prius saltem ratione distinctum: nam ideo homo est animal, quia est sensibilis, quia sensibile est differentia constitutiva animalis, cum tamen animal, & sensibile in homine idem sint realiter inter se, & cum ipso homine; quia vt supra vidimus disputantes de vniuersalibus, prædicatavniuersalia nō distingui ex natura rei a singularibus, inquit, sunt, & inter se ipsa. Quo supposito facile respōdet ad argumētū, seu dubitationē,

quod

quod omnes propositiones essentiales sint realiter immediatae, plures tamen ex illis virtualiter mediatae sunt. Probatur prior pars, quia in propositione essentiiali praedicatur essentia de subiecto: sed in reali qua nihil est prius essentia, per quod essentia probari possit: ergo omnes propositiones essentiales realiter in mediatae sunt, quod vero quædam ex illis sicut saltem virtualiter mediatae. Probatur: quia illa est propositio mediata, quæ potest à priori demonstrari, sed inter praedicata essentialia, verbi gratia hominis sensibile, quod ratione distinguitur ab animali, quia est differentia constitutiva animalis in suo esse, intelligitur, ut causa virtualis ipsius animalis: nam hæc est vera, ideo homo est animal, quia est sensibilis, sicut ideo est homo, quia est rationalis: ergo hæc propositio essentiiali: homo est animal virtualiter mediata est, quia à priori, & demonstratione. Propter quid probari potest per causam virtualiter, ratione tantum distincta, eodem modo hæc propositio. Deus est æternus essentialis est, quia esse eternum est de essentia Dei, cum hoc tamen saltem virtualiter est mediata, quia habet causam virtutalem ratione distinctam per quam probari possit: nam ideo Deus est æternus, quia est omnino immutabilis, cum tamen rea ter idem sint in Deo æteritas,

& immutabilitas, quia in Deo omnia sunt unum.

Ex quo infero, quod illa propositio, quæ est immediata in uno genere, potest esse mediata in alio. Verbi gratia, hæc definitio domus est compositum quodam artificiale, quod ex fundamento, parte, & recto integratur, in genere cause materialis est præpositio prima, & immediata, quia domus componitur ex his partibus, tanquam ex materia, tamen in genere cause finalis, non est propositio immediata, quia probari potest per causam finalis ad quam ordinatur domus, nempe quia est quodam compositum ordinatum ad protegendos homines, tanquam finis. Et ratio à priori huius est quia id quod est primum in uno genere cause finalis, in alio est posterior, qua ratione finis est primum in intentione in genere cause finalis, & est posterior in executione in genere cause efficientis, quia acquiritur per media, qua ratione sanitas acquiritur per medicinam, à qua effectu causatur, cum tamen sit finis ad quem ordinatur medicina.

Ex dictis ergo sumitur ratio dubitandi in hac questione, quia quando demonstramus secundam passionem per primam est demonstratio à priori, & propter quid, ut in hac demonstratione.

Omnis admirat. unum est risibile.

Omnis homo est admiratus.

Ergo omnis homo est risibilis.

Sed hæc demonstratio non pendet ex primis, & immediatis quia prima probatio probari potest à priori per essentiam: ergo demonstratio debet semper procedere ex primis & immediatis.

Verumtamen pro huius rei intelligentia aduertendum est, quod demonstratio de obus modis potest procedere exprimis, & immediatis, uno modo actu, & formaliter, & est quando ipsæ propositiones primæ, & immediatae actu ponuntur in demonstratione: alio modo potest demonstratio procedere, ex primis, & immediatis virtualiter, & est quando in demonstratione ponuntur propositiones, quæ licet ipsæ in se non sint immediatae, tamen deducuntur ex propositionibus primis & immediatis: nam tunc talis demonstratio saltem virtualiter procedit ex primis & immediatis.

Vnde ad quæstionem facile respondetur quod demonstratio propter quid nō secus actualliter, & formaliter procedit ex primis, & immediatis, quod concinitratio dubitadi, tamē semper procedit ex primis, & immediatis saltē virtualiter, quia procedit ex quibusdam præmissis, quæ vel sunt propositiones primæ & immediatae, vel deducuntur ex primis & immediatis, &

est procedere ex primis, & immediatis virtualiter, quonia m̄ ut ait Arist. in hoc cap. non sci- mus perfecte, nisi sciamus resoluere conclusionem usque ad sua prima principia, quia in hac demonstracione. Omne admiratum est ribile: omnis homo est admiratus: ergo omnis homo est risibilis, quæ est demonstratio. Propter quid, vt dixi, non ponuntur prima principia vniuersalia, vt quodlibet est vel nō est: imo nec ponuntur propositiones primæ & immediatae in tali scientia de homine, cum prima probatio probari possit à priori per essentiam, sed ita intelligentium est, quod conclusio procedat ex præmissis, quæ vel sint immediatae, vel immediatas propositiones reduci possint.

Quæstio. III. Utrum demonstratio debeat componi ex propositionibus vniuersalibus certis, & necessarijs.

Hac in re conueniunt omnes, demonstrationem debe re componi ex propositionibus certis, & evidētibus, quia demonstratio generat sc̄ientiam, sc̄ientia autem est evidens, & certa, & ita demonstratio est argumentum certum, & evidens, atque adeò procedens ex propositionibus certis, & evidētibus.

Vbi obiter etiam aduentum est non esse idem aliquam propositionem esse certam, & esse evidentem: nam affectus fidei diuinæ, quo assentiuntur reclusis à Deo, est cognitio certa, quia fidei diuinæ non potest sub esse falsum, non tamen est evidens, quia fides potius est obscura, nam fides designatur hoc modo. *Fides est credere, quod non vides.* Addit ergo evidencia ultra certitudinem quamclaritatem, demonstrans rem clare, vade demonstratio componi debet ex propositionibus certis, & evidenteribus.

Solum ergo habent difficultatem duo alia, quæ inquiruntur in hac questione nempe utrum demonstratio debeat componi ex propositionibus universalibus, secundo utrum debeat componi ex propositionibus necessarijs.

Circa primum sere omnes conveniunt demonstrationem. Quia componi posse ex propositionibus singularibus, vel particularibus, ut in hac demonstratione Petrus est risibilis: ergo Petrus est animal rationale, quod argumentum proculdubio est demonstrativum: maiorem ergo habet difficultatem, utrum demonstratio. Propter quid, possit componi ex propositionibus singularibus, vel semper componenda sit ex propositionibus universalibus.

Ratio dubitandi est: nam

videtur, quod demonstratio multoties debeat componi ex propositionibus singularibus, quia de Deo Sole & Luna, quæ sunt obiecta singularia plura demonstramus etiam à priori, ut cum demonstramus à priori eclipsis, Solis, vel Lunæ: ergo talis demonstratio de obiecto singulari componi potest ex propositionibus singularibus. Secundo, quia hæc est demonstratio à priori, seu propter quid Petrus est rationalis: ergo Petrus est risibilis, nam per essentiam demonstramus passionem, & tamen componitur ex propositionibus singularibus: ergo &c.

His non obstantibus dicendum est demonstrationem, Propter quid, non haberi de singularibus, quatenus singularia sunt, ita quod procedat ex principijs differentialibus individualibus ratio est: quia differentia individualis est nobis ignota, solum enim cognoscimus in individualiis aliqua accidentia, & proprietates individuales, quæ non satis indicant differentiam individualis esse illius rei, & ita cum probamus Petrum esse risibilem, quia est rationalis, hæc demonstratio non est immediata principijs proprijs Petri, ut Petrus est, quia probatur esse risibilem, quia est rationalis, esse autem rationale commune est omnibus individualiis hominis; ergo immediate

dire ex differentia individuali nulla potest demonstratio propter quid concili, quod secus est de demonstratione, quia: nam ex actibus singularibus Petri, quæ nobis notæ sunt possumus argumentari ad probandam causam illarum actionum per demonstrationem quia.

Et per hoc patet solutio ad ultimam rationem dubitandi, nam illa demonstratio Petrus est rationalis: ergo Petrus est risibilis, quanvis sit demonstratio, Propter quid, non tamen procedit ex differentijs individualibus, quia esse rationale commune est omnibus hominibus. Vnde non probatur dari demonstrationem immediata procedentem ex differentia individuali, ut sic, hæc enim est nobis ignota, quod secus est de differentia essentiali specifica: nam quanvis hæc in pluribus speciebus sit ignota, non tamen in omnibus, scimus enim hominem esse rationalem.

Ad primam autem rationem dubitandi Respondeatur imprimis esse longe diuersam rationem de Deo, de quo haberi potest demonstratio propter quid, procedens ex causis virtualibus, ut prima huius capitilis questione diximus, nam in Deo cognoscimus aliqua praedicata essentialia, quæ sunt veluti differentiae individuales essentiales ipsius Dei, ut quod sit eternus, & immutabilis, in-

ter quæ prædicata vnum demonstramus per aliud, tanquam per causam virtualem, vt supra, in rebus tamen creatis semper differentiae individuales sunt ignotæ.

Ad aliud de eclipsi Solis & Lunæ Respondetur, quod talis eclipsis non probatur per se de hoc Sole, & de hac Luna: nam si Deus crearet alium Solem, & aliam Lunam, in eadem dispositione, etiam de illis eodem modo probaretur eclipsis, & ita per accidens probatur modo eclipsis de hoc Sole, vel hac Luna, quia scilicet non est aliud de facto, neque alia Luna per se, tamen non probatur eclipsis de hoc in quantum hoc est, nam idem est de alio in eadem proportione creato.

Circa secundum quod inquirit questio scilicet utrum demonstratio debeat componi ex propositionibus necessariis aduentendum est, quod, Ne*sufficiunt*, sumit multi modis. Aliud enim est necessarium simpliciter, & est illud quod nulla facta suppositione, sed simpliciter & absolute tale est, ut hominem esse animal, aliud vero est necessarium ex suppositione, & est illud quod absolute loquendo non est necessarium, sed contingens, tñ ex suppositione aliqua facta, necessarium est, qualiter absolute nō est necessarium hominem moueri, tamē si currit necessario mouetur.

Rursus necessarium simpli citer duplex est, aliud enim est necessarium respectu Dei, & est quod ita est necessarium, ut oppositum implicet contradictionem, & ita à Deo non posset fieri, quale est, hominem esse animal: nam oppositum, nempe hominem non esse animal impli cat contradictionem: quia est contra essentiam hominis: aliud vero est necessarium, tantum, respectu causæ naturalis, quale est ignem esse calidum: nam de potentia absolute Dei bene pos set dari ignis sine calore, quia cū color sit accidens est extra essentiam substantiæ ignis, tamen de potentia naturali non potest fieri.

Et rursus hoc necessarium respectu causæ naturalis duplex est: aliud enim est, quod semper ita contingit, ut ignem esse calidum, aliud vero est quod, ut in plurimum contingit, ita ut oppositum raro contingat, & hoc modo necessarium est, in hyeme esse pluviam, quia oppositum rarissime contingit.

Hoc supposito conueniunt omnes, demonstrationem debet componi ex propositionibus necessarijs, ita enim docet expresse Aristoteles cap. 6. & 7. huius libri. Cuius ratio est, quia demonstratio est argumentum certum & evidens: ergo conclusio, que in ea infertur certa est, & evidens: sed de re omnino continet nequit haberi cognitione cer-

ta, quia ipsa contingentia in se in certitudinem in volunt: ergo debet esse de re aliquomodo necessaria: sed conclusio colligitur ex præmissis: ergo demonstratio debeat procedere ex propositionibus aliquomodo necessarijs.

Dubium tamen est, quod necessarium ex enumeratis requiratur ad demonstrationem, & certum est ad demonstrationem sufficere necessarium, quod ita est tale, ut oppositum implicet contradictionem: nam hoc est maxime necessarium.

Similiter certum est sufficere necessarium respectu cause naturalis: cuius ratio est, quia per cognitionem scientificam, qua iudicamus ignem esse calidum, non asserimus oppositum repugnare de potentia absolute sed cum iudicamus oppositum non posse aliter se habere per naturam, quæ cognitione certissima est, & infalibilis: ergo sufficiens est ad componendam demonstrationem certam.

Tertiò certum esse, debet demonstrationem componi posse ex propositionibus necessarijs solum ex suppositione, non vero absolute: nam hæc est optima demonstratio. Mouetur: ergo acquirit nouam præsentiam localem, cum tamen moueri non sit necessarium absolute, sed solum ex suppositione, quod moveatur: nam omne quod est quædo est, necesse est esse.

Solum

Solum ergo est dubium utrum
demonstratio componi possit
ex propositionibus nec essarijs
solum ut in plurimum, quale
est in hyeme futuram esse plu-
uiam, & ratio dubitandi est:
quia ea, quæ ut in plurimum so-
lum contingunt, ut quod in hye-
me sit pluvia non sunt prorsus
certa, quia oppositum naturali-
ter contingere potest, licet ra-
tio: ergo ex his propositionibus
non potest inferri conclusio
omnino certa: sed demonstra-
tio est argumentum euidens, &
omnino certum, quia generat
scientiam, cui non potest sub es-
se falsum: ergo non potest com-
poni ex propositionibus nec-
essarijs, solum ut in plurimum.

Dicendum tamē nobis est
demonstrationem cōponi pos-
se ex propositionibus necessa-
rijs solum ut in plurimum. Pro-
batur plane, quia necessarium,
ut in plurimum potest certo &
euidenter cognosci esse neces-
sarium, ut in plurimum: sed hoc
sit per causas quæ ut in plurim-
um illud producunt: nam esse
etius per suam causam cognosci
tur. ergo demonstratio proce-
dere potest ex necessarijs ut in
plurimum.

Vnde ad rationem dubitan-
di respondeatur, quod per de-
monstrationem non cognoscim-
us necessarium, ut in plurim-
um certum futurum esse & in
fallibiliter, hoc enim non po-
lit diuinari de re absolute con-

tingenter, quale est quod sit fu-
tura pluua, sed cognoscimus
pluuiam necessariam futuram es-
se, non necessitate absoluta,
sed ut in plurimum, & in hoc
nullus error contingere potest:
quia absolute non probamus
futuram esse, sed quod ut im-
plurimum necessarium est e-
venire, quod prorsus certum
est.

*Questio. III. Utrum in de-
monstratione magis as-
setiamur principijs quæ
conclusioni.*

SOpponendum est in hac que-
stione inter certitudinem,
& euidentiam actus, esse ra-
tiones inter se maxime diver-
tas nā in Aristotele separari po-
test in actionibus intellectus
certitudo ab euidentia, ut su-
pra dicebam de actu fidei diuinæ,
quia certum est cum fidei
diuinæ non possit sub esse fal-
sum, non est tamen euidentis,
quimpotius fides est credere,
quod non vides, & similiter in
tensione separari potest ab eu-
identia, & certitudine: nam ac-
tus erroris potest esse inten-
sus exconatu, quem intellectus
apponere potest ad illum eli-
ciendum, cum tamen nō sit cer-
tus, & euidentis.

Vnde secundo supponen-
dum est, quod illa particula,
Magis: in titulo questionis posi-

ta non debet significare maiorem intensionem : nam certum est assensum conclusonis posse esse intensiorem assensu præmissarum : nam cum intellectus sit potentia libera, & subdita imperio voluntatis potest maiorem conatum apponere in assensu conclusonis quam in assensu præmissarum , & ita actus illæ erit intensior : quia intensio , in actu, vel est ipse conatus , quem intellectus in suis actibus apponit , vel certe ex illo prouenit: debet ergo illa particula *Magis*, significare maiorem certitudinem , & evidentiam , ita ut sit sensus. Vtrum in demonstratione majori certitudine, & evidentia assentiamur principijs , quam conclusioni, ex illis illatæ.

Tertio supponendum est, quod loquimur, quando assentitur aliquis conclusioni propter præmissas , & non ex alio capite : nam si etiam ex alio capite , illi assentiatur , certum est posse assentiri certius conclusioni, quam principijs, nisi aliquis demonstret tali die futuram esse eclipsim , & postea illam videt , certius assentitur conclusioni quam principijs, quia assentitur conclusioni per demonstrationem , & per experientiam : loquimur ergo quando solum ex via demonstrationis assentitur conclusioni.

[Ex quo quarto certum est intellectum magis assentiri primis principijs, quam conclusionibus, quæ ex illis inferuntur , quia prima principia sunt maxime evidenter, & per se nota, & ita magis illis assentimur, quam conclusionibus inde alatis.

Solum ergo est dubium de principijs demonstrabilibus, quæ etiam deducuntur, ex primis principijs, an magis assentiamur talibus principijs, quæ conclusionibus, quæ ex illis inferuntur. In qua re prima sententia affirmat, quod non magis assentiamur principijs, quæ conclusione, quando talia principia, non sunt prima principia sed demonstrabilia per alia priora . Quam sententiam tenet Egidius Nimpbus & Philoponus, pluresque hoc tempore, & illam tribuunt diuo Thome hic lectione sexta, immerito tamen in hoc loco notavit Caietanus: videtur tamen hæc sententia habere fundamentum in Aristotel. in hoc capite postquam dixit, quod principia debent esse magis credita, quam conclusio, statim subdit: vel omnia, vel aliqua sentit ergo Aristotel. non omnia principia esse magis credita, quam conclusio.

Secundo quia intra eandem scientiam secundum speciem, certitudo principiorū, & certitudo conclusio non differunt

ferunt spes: ergo habent eam
dem essentialem rationem spe-
cificam: sed essentia, consistit
in individibili, neque suscipit
magis & minus: ergo non magis
assentimur principijs, quæ con-
clusioni, quando principia sunt
propria, & non communia om-
nibus, qualia sunt prima princi-
pia.

Tertio, quis causa naturalis
non impedita prodducit effe-
ctum sibi æqualem, & similem,
ut ignis producit ignem æquæ
calidum: sed assensus principio-
rum, ut supra visum est, est cau-
sa naturalis assensus conclusio-
nis: ergo producit assensum cō-
clusionis, ita certum, & eviden-
tem, ac est ipse assensus princi-
piorum ergo non magis assentim-
ur principijs, quæ cōclusioni

Contraria tamen sentētia no-
bist tenenda est, nempe, intelle-
ctū semper magis assentiri prin-
cipijs, quam conclusioni, siue
talia principia, sint prima siue
propria talis scientiæ. Ita docet
in hoc cap. Sotus Toletus, &
Caiet. & Masisius, & merito qui-
dem, quia ratio Arist. in hoc e-,
vel nihil probat, vel certe pro-
bat de omnibus principijs, ar-
guit enim sic. Propter q̄ vnum
quodq; vale, & illud magis: nā
quia omnia sunt calida propter
ignem, ignis est magis calidus:
sed semper assentimur conclu-
sioni propter principia: ergo se-
per magis assentimur principijs:
ita quod principia sint nobis

magis certa, quā cōclusio: nam
certo assentimur cōclusioni pro-
pter certitudinē principiorū.

Secundo nam si conclusio es-
set, ita nobis certa, sicut prin-
cipia: ergo frustra utimur illis
principiis ad demonstrandam
conclusionem, siquidem in cō-
traria sentētia, ita est nobis cer-
ta conclusio sicut principia.

verumtamen examinari po-
test ratio illa Arist. nam princi-
pium illud propter quod vnum
quodq; tale, non videtur, vnde
quaque verum, quia in gene-
re causæ formalis non valet.
Paries est albus propter albedi-
nem: ergo albedo est magis al-
ba, quia albedo non est alba. Si
militer in genere causæ effici-
tis. Petrus est homo propter
patrem suum: ergo pater suus
est magis homo. Similiter inge-
nere causæ finalis non valet.
Quia non valet. Sanguis minui-
tur propter sanitatem: ergo ma-
gis minuitur sanitas. Similiter
non valet in genere causæ ma-
terialis, quia nō valet linea est
longa propter partes longas
quas habet: ergo partes sunt lo-
giores tota ipsa linea ergo in
nullo genere causæ videtur ve-
rum axioma illud Arist.

Respondet optime Caietanus
hoc Axioma verissi-
mum esse, quibusdam adhi-
bitis conditionibus: nam pri-
more requiritur, quod prædicatū
illud, in quo sit comparatio, cō-
ueniat viri q; extremo, Vt quod,

inter quæ extrema sit talis comparatio, defectu cuius non valet illa consequentia. Paries est albus propter albedinem: ergo albedo est magis alba, quia albedo non est alba, ut quod, sed ut quo, sit autem comparatio. In ratione albi ut quo, quod tamen reperitur in casu Aristotelis, quia tam assensus principiorum, quam conclusio nis uterque est certus, & evidens, ut quod, in quo fit comparatio.

Secundo requiritur, quod illud, in quo fit comparatio suscipiat magis & minus, ratio ne cuius magis posset reperi ri in uno extremo, quam in alio, defectu cuius non valet illa con sequentia. Petrus est homo pro pter patrem suum: ergo suus pater est magis homo, quia ratio hominis non suscipit magis & minus, quod tamen reperi tur in casu Aristotelis: nam certudo, & evidentia suscipiunt magis & minus, est enim vna certudo & vna evidentia maior alia;

Tertio requiritur, quod comparatio sit inter extrema realiter diuersa: qualiter assensus conclusionis, & assensus præmissarum realiter distinguuntur, defectu cuius non valet hæc consequentia. Homo in telligit quia est animal rationale: ergo magis intelligit animal rationale, quia homo &

animal rationale idem sunt.

Quarto requiritur, quod illud in quo sit comparatio conueniat vni, ratione alterius, id est, quia conuenit alteri, defectu cuius non valet consequentia. Sanguis minuitur propter sanitatem: ergo magis minuitur sanitas: quia diminutio in qua sit comparatio non conuenit sanguini, quia conueniat eadem diminutio sanitati, nam absque diminutione sanitatis minuitur sanguis, quod tamen reperitur in cassu Aristotelis, nam certudo & evidentia, quam habet assensus conclusio nis illi prouenit ex certitudine, & evidentia quam habet assensus præmissarum.

Ad aliud autem de linea respondeo, quod vel sit comparatio in ratione essentiali longitudinis, & tunc non valet consequentia propter secundam conclusionem, iam assignatam: nam ratio essentialis longitudinis non suscipit magis & minus, quia semper essentiæ consistunt in indivisi bili, vel sit comparatio in ratione tantæ longitudinis, verbi gratia, in ratione longitudinis bipedalis, quam habet linea, & tunc etiam non valet consequentia ex defectu primæ conditionis scilicet quia longitudine bipedalis non conuenit utriusque extre mo: nam si total linea non ha bet longitudinem bipedalem, singule

singulae partes non possunt habere longitudinem bipedalem in qua sit comparatio, & ita Axioma illud Aristotelis si recte intelligatur verissimum est.

Ex dictis sequitur, quod non solum in demonstratione, sed in quoquis alio syllogismo magis assentimur præmissis quam conclusioni, quia quavis in arguento probabili non assentiamur præmissis, & conclusioni certio & evidenter, tamen assentimur præmissis magis probabiliter, quam assentiamur conclusioni, quia hic etiam habet locem Axioma illud Arist. propter quod unum quod tale, & illud magis.

Sequitur secundo assensum præmissarum semper esse perfectiorum actu assensu conclusionis, quia semper assentimur conclusioni propter assensum præmissarum, quod etiam docuit Aristoteles in hoc capite dicens quod intelligens, est melius dispositus, quam sciens: ubi intelligens appellatur, qui cognoscit principia: nam habitus ille quo assentimur principijs appellatur intellectus, ut infra dictum, sciens vero appellatur, qui cognoscit conclusionem, nam habitus ille, quo assentimur conclusioni appellatur sciencia: quasi diceret actum, quo assentimur principijs perfectiore esse actu, quo assentimur conclusioni.

Sed obiectio finis præstan-

tior est his quæ ordinantur ad finem: sed assensus præmissarum ordinatur tanquam insinuatum ad assensum conclusionis: ergo prestantior est assensus conclusionis, quam assensus præmissarum. Respondetur assensum præmissarum non ordinari tanquam insinuatum ad assensum conclusionis, ut optime argumentum conuincit: nam perfectior operatio non ordinatur tanquam insinuatum ad operationem minus perfectam, sed ordinatur ad illam, tanquam causa ad effectum, quia assensus præmissarum, ut supra vidimus est causa assensus conclusionis, cum hoc tamen causa perfectior esse potest aliquando suo effectu, qua ratione Sol producit calorem, & est perfectior illo.

Super est respondeamus ad argumenta primæ sententie iam supra adducta ad primum respondetur merito Aristotel. dixisse, quod principia sunt magis credita omnia, vel aliqua ad denotandum, quod ad assentientium alicui conclusioni non est necessarium cognoscere actu omnia principia, adhuc remota & prima ex quibus illa conclusio inferitur, qua ratione mathematici multas conclusiones demonstrant, seponentes plurima principia iam antea demonstrata, & ita non opus est ad ultimam illam demonstrationem conficiendam actu recordari,

eliorum principiorū, quæ iam sunt antea demonstrata, & qua si habitualiter sequuntur: & ideo dixit Omnia, vel aliquæ, quia semper est necessarium actu assenti xi, vel omnibus principijs, ita remotis, vel aliquibus, scilicet proximis, ex quibus conclusio proxime infertur: tamē semper verum est, quod illa principia quibus actu assentimur sint magis credita, quam conclusio.

Ad secundum quod, quāuis daremus certitudinē principiorum non differre specie à certitudine conclusionis, de quo dicā infra, tamē potest esse maior, & minor, intra eandem speciem nam principium illud, quod essentiæ consistunt in indiuisibili, vt pluries dixi intelligēdum est, quo ad prædicata essentia lia, ita vt non possimus addere, vel detrahere aliquod prædictum essentiale rebus manente eadem specie: nā si ab homine detrahas animal, vel addas hincibile, non manet homo: cū hoc

tamē certitudo absolute loquendo suscipit magis & minus, si cui est vna albedo maior alia.

Ad tertium responderetur, q̄ causa est Duplex; alia est yniuoca, & est illa quæ producit effectum eiusdem speciei, & eiusdem rationis, vt homo, quando generat alium hominem. Alla vero est causa æquiuoca, & est quæ producit effectum diuersæ speciei ab illa, vt Sol, quando producit hęc inferiora que sūt diuersæ rationis ab illo appellatur causa æquiuoca & hac ratione assensus præmissarū, est causa æquiuoca assensus conclusionis, quia distinguitur specie ab illo, vt supra diximus.

Vnde ad argumentum respondeatur, quod causa equiuoca nū quam producit effectum æquiuoco perfectum cum ipsa: qua ratione Sol producens calorem est perfectior ipso calore, & ita assensus præmissarū est perfectior assensu conclusionis, & hęc de hoc capite.



CAPUT TERTIVM.

refellit.

Ncentū Arist. in cap. est refutare duos er rores, qui ex doctri na superioris capititis non bene intellecta oriebātur: duo agit in prima parte illos proponit in secunda parte illos

Ad primā parsē accedētes, cū in superiori capite dictū sit, q̄ principia sunt magis credita, quā conclusio, & q̄ conclusio debet, vt perfecte sciatur reduci, ysq; ad sua prima principia, qui dam

da antiqui putantes, nihil certo cognosci, nisi per demonstrationem; assertarunt, nullam esse scienciam, quod probabant; quia, aut principia demonstrationis procedunt in infinitum, & tunc non est scientia, quia non possemus dare aliquod primum principium ad quod reducatur ultimae conclusiones, atque adeo hunc quae haberetur scientia de illa conclusione, quia nunquam posset reduci ad prima principia, eo quod in infinito non est dare primum; si autem deueniamus ad aliquid primum principium: ergo illud indemonstrabile est, quia demonstrationis debet procedere ex principiis prioribus, sed quae non cognoscuntur per demonstrationem non cognoscuntur certo: ergo haec conclusio reducitur ad principium, quod non certo cognoscitur; atque adeo non habetur scientia de illa.

Alli vero ut vitaret hoc inconveniens dicebant inde demonstratione dandum esse circulum, ita ut postquam conclusio probata est per principia, deinde principia ipsa probentur per conclusionem.

In secunda vero parte capititis reiecit hos errores, dicens, quod non omnis cognitionis certa acquiritur per demonstrationem: nam prima inquit principia cognoscuntur certo & evidenter per solam apprehensionem terminorum absque discussu, & demonstratione aliqua: quia sunt partes per se notae ut hoc principium. Omne totum est maius sua parte, certo cognoscitur ex sola apprehensione ter-

minorum, & ita inquit propositio per se nota est illa, quae cognoscimus, in quantum te natus cognoscimus: additum, quod cognitio principiorum non est scientia, sed principium scientiarum, quia est causa cognitioiis conclusionis, quae cognitio est scientia.

Secundum vero errorē refutat, probando in demonstratione non debere committi circulum primo quia principia per quae probatur conclusio debet esse notiora ipsa conclusione: nam per notior probamus, id quod minus notum est: ergo si deinde illa conclusio assumentur, ut principium ad probanda illa principia, eadem conclusio respectu eiusdem est notior & igitur notior, quod est absurdum.

Etsi respōdeas, nullū esse inconveniens quod idē sit notius quoad nos, ignotus vero natura sua contra arguit Aristoteles, quia demonstratio etiā debet procedere ex notioribz natura sua, & probatur. Quia demonstratio debet procedere ex causis, ut docuit superiori cipite: sed causae sunt notiores natura sua suis effectibus, quia sunt priores illis, & priores sunt notiora natura sua: ergo etiā debet procedere ex notioribus natura sua.

Secundo refutat eundem errorē: nam si in demonstratione utamur circulo, sequitur quod idē demonstretur per se ipsum: nam si demonstramus A, per B, & deinde B, per A ergo de primo ad ultimum demonstratur A per se ipsum.

Tertius arguit. Quia quanvis interminis cōvertibiliibus, quae sunt subiectum & passio, ut homo & risibile, intelligi possit iste modus probandi circuiter; tamen non semper fit syllogismus ex terminis cōvertibiliibus, ut possit antecedens probari per consequens, ut in hoc syllogismo. Omne animal est sensibile, Omnis homo est animal: ergo omnis homo est sensibilis. nam homo & animal seu homo, & sensibile non sunt termini cōvertibili, & rursus illa maior omne animal est sensibile, non potest probari per consequens, quia non bene valet omnis homo est sensibilis: ergo omne animal est sensibile, quia argumentamur ab uno particulari ad universale: ergo probatio illa inutilis est.

Circa literam.

Circa hoc caput plures disputare solent de habitu primorum principiorum, occasione sumpta, ex eo q[uod] Aristoteles docet principia certo cognoscere, & non per scientiam, cōmodius tamen de hac re discutimus capite. 26. huius libri, vbi Aristot. ex professo distinguit scientiam, & habitum primorum principiorum, qui vocatur intellectus, ib opinione: tum etiam, ne inceptam disputationem de demonstratione interrumpamus.

Quaest. V. In hac disputazione quid sint propositiones per se notae, & an ex illis componi demonstratio-



Ristoteles in hoc capite diffinit propositionem per se notam, hoc modo, propositione per se nota est illa, quā cognoscimus, in quantum terminos cognoscimus, differunt tamen interpres in explicanda hac definitione, nam Scotus in primo dist 2 q[uaestio]nem, 2. & ibide Aureolus assertunt ad propositionem per se notam requiri, q[uod] i[n]notescat nobis tantū ex cognitione terminorū, note ex definitionib[us] terminorum, cuius sententia fundamentum est: nam idem est propositione per se nota, quod non per aliud nota, nam idem est per se, quod non per aliud: sed definitio & definitum distinguuntur saltem ratione: ergo illa propositione, quae est nota ex definitionibus terminorum, non est per se nota, sed per aliud nota.

Secundo, quia si propositione per se nota est illa, quae est evidens ex definitionibus terminorum, sequitur quod propositione demonstrabilis sit per se nota, quod est contra Arist. in hoc capite, propositionem per se notam esse in demonstrabile. Probatur sequela, quia hec pro

propositio, homo est discursius, sit evidens, media definitione subiecti, & immidia est illa demonstrari potest hoc modo. Omne animal rationale est discursiuū. Omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est discursius: ergo propositio per se nota non est illa, quæ ex definitionibus terminorum fit salis.

Vt rem hanc intelligamus supponendum est, ex Sancto Thoma 1. par. quæst. 2. articul. 1. & 1. contra Gentes cap. 11. quod non est idem aliquam propositionem esse per se notam, & per se notam nobis, quod etiam in hoc capite adnotauit Caietanus, Sotus, Toletus, & ratio est, quia propositiones essentiales sunt, per se notam natura sua, quia quod secundum essentiam alicui conuenit, per se conuenit: sed non omnes propositiones essentiales sunt nobis notæ, sepè enim inquirimus, utrum hoc sit de essentialia alicuius rei, vel non: ergo non est idem aliquam propositionem esse per se nota natura sua, & per se notam nobis, & ita inquit Sanctus Thomas loco allegato hec propositio. Deus est secundum se nota est, non tam est nobis per se nota, quia termini huius propositionis non sunt noti nobis omnibus, qui non omnibus notum est, quid sit Deus.

Hanc tamen distinctionem arguit Aureolus apud Capro,

lum, in 1. distinctio. 2. quæst. 2. ad probandum omnem propositionem, per se notam natura sua esse, etiam per se notam nobis, quia si aliqua est propositio per se nota natura sua, & non quo ad nos: ergo quando deinde illa sit nota, quo ad nos per demonstrationem, vel cognoscimus illā per proprios conceptus terminorum, vel per conceptus alienos, non per alienos: quia iam non conciperemus eādem propositionem, sed aliam, si autem per proprios conceptus ipsius rei: ergo idem est natura sua per se notum, & per se nobis notum, siquidem per conceptum proprium eiusdem rei sit nobis notum.

Respondeatur tamen, quod possumus concipere propositionem, per se notam natura sua, per proprios conceptus terminorum, confusos tamen, quia non repugnat de re aliqua habere conceptum proprium, id est, non per alienam speciem, contusum tamen, qualiter res corporeæ percipiuntur ab intellectu, per speciem propriam, tamen aliquando confusæ, ut deinde illa propositione mediante definitione clara terminorum fiat nobis per se nota.

Patet ergo ex dictis, quod inter propositiones, aliæ sunt natura sua per se notæ, quales sunt omnes propositiones essentiales, aliæ sunt per se notæ nobis,

quæ eius termini sunt per se no-
ti nobis: neque opus est, ut defi-
niantur a nobis termini, unde ali-
quando coincidere possunt pro-
positio per se nota natura sua, &
per se nota nobis: ut hæc propo-
sitione Omne totum est maius sua
parte: nam & natura sua, & quo
ad nos est nobis nota. Rursus ta-
men, illa quæ sunt nobis per se
notæ, sunt in duplice differentia:
nam alia sunt per se nota omni-
bus, qualia sunt principia pro-
pria in qualibet scientia, ut quod
Angelus sit incorporeus, apud
Theologos. Rursus proposicio-
nes per se nobis notæ, sunt in
in duplice differentia, aliae enim
sunt nobis notæ sensibus, scilicet,
quia sensu illas percipiuntur,
ut quod ignis calefaciat: aliae ve-
ro sunt nobis notæ ex apprehen-
sione terminorum, ut quod om-
ne totum sit maius sua parte: nā
hoc principium etiam omni su-
blata ex experientia per se patet.

His suppositis dicendum est in
hac questione, illâ propositione
esse per se notam natura sua, quæ
natura sua nō habet aliam prio-
rem, per quâ demonstratur: nam
ut dixi, idem est per se notum,
quod non per aliud notum: ergo
omnis propositione immediata est
per se nota, unde sicut proposi-
tio immediata, ut supradiximus
est duplex: aliqua realiter est im-
mediata a alia vero quæ tantum est
virtualiter immediata: ita propo-
sitione per se nota natura sua, alia
est per se nota realiter, scilicet,

que non habet aliquid realiter
prius per se probatur, ut quod
homo sit animal, quia nihil est in
re realiter sciens, quæ nō habet
aliquid realiter prius esse, per
quod probetur, tamē sicut ibi di-
cebatius hanc propositione esse
virtualiter mediata, quia potest
probari per aliquod prædicatum
ratione distinctu ab animali, &
prius ratione illo, nā probamus
ex eo hominem esse animal, quia
est sensitum, cum sensituum sit
differentia constitutiva animalis,
ita hæc eadem propositione, non
erit per se nota virtualiter, quia
per aliud virtualiter, & ratione
diuersum notificare potest.

Ex dictis etiam pater, quod
sicut propositione, quæ est in uno
genere immediata, potest esse
mediata in alio, ut supra dixi-
mus, ita propositione, quæ est per
se nota in uno genere, in alio nō
est per se nota natura sua, quia
potest per aliud genus causæ de-
monstrari, & ita iam est per aliud
nota.

Dico tamen secundo, quædā
sunt propositiones per se notæ
natura sua, quæ ut hanc nō obis
per se notæ opus est, quod notis
definiantur termini, quia nō
satis illos cognoscimus, & tunc
sit propositione per se nobis nota,
quia cognitis terminis, statim
per se patet absque discursu ali-
quo. Probatur plene ex dictis: nā
hæc propositione Deus est, est per
se nota natura sua, non tamē est
nobis per se nota, quia non per-
fecte

feste cognoscimus illum terminum Deus: nam si illum perfecte cognoscere mus, cum existentia sit de essentia Dei statim esset per se nobis notum, quod Deus sit, & ita ut propositiones aliquæ sint per se notis notæ opus est cognoscere diffinitionem terminorum.

Vnde ad secundam etiam contraria sententiae repudetur ad primum, quod diffinitione, & diffinitum tantum distinguuntur ratione, & ita propositio illa quæ nobis ignoratur ex diffinitione terminorum non probatur, quod non sit per se nota ex natura sua, quia ex natura rei diffinitione, & diffinitum non distinguuntur, nisi taetum per hoc, quod est distincte concipi, vel confuse: nam res illas, quas alias confuse cognoscamus, per diffinitionem cognoscimus distincte.

Ad secundum responderetur, nullum esse inconveniens, quod propositio per se nota natura sua sit demonstrabilis, quo ad nos: quia potest esse ipse, quo ad nos non sit per se nota Arist. sed intendit quod propositio illa, quæ est per se nota quo ad nos, non sit demonstrabilis quo ad nos, & ita inquit prima principia, sunt demonstrabilia, quo ad nos, quia sunt nobis maxime nota.

Sed dubitat alius, an propositio illa in qua predicatorum prima passio de subiecto sit per se nota. In qua re dicendum est propositionem illam, in qua predi-

catur prima passio de subiecto, non esse propriæ loquendo per se nota nobis: sicut ac propriæ loquendo est immediata, ut in superiori capite dictum est. Ratio est, quia prima passio, potest demonstrari de subiecto media definitione subiecti, que saltem ratione distinguitur ab illo: nam si ponamus, quod discursuum est prima passionis hominis potest probari de illo hoc modo. Omne animal rationale est discursuum, omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est discursivus. Nam ut supra diximus non appellatur propositio aliqua immediata, quia inter predicarum & subiectum, nihil mediet, qualiter inter primam passionem, & subiectum nihil mediat, sed quia caret medioco quod probetur, id est quia non potest à priori demonstrari, sed propositio in qua predicatorum prima passio de subiecto demonstrari potest à priori per definitionem subiecti, quæ est prius ipsa passione, quæ demonstramus: ergo talis propositio, propriæ loquendo, non est per se nota. Patet, quia quod probari potest à priori, est per aliud notum, nempe per aliud prius, per quod probatur.

Supposito ergo, quid sit propositio per se nota secunda pars questionis, scilicet, utrū demonstratio de beatitudine ex illo facilior rem habet solutionem. Vnde dico primo demonstratio quia, non compo-

componitur ex propositionibus per se notis natura sua. Probatur: quia in demonstratione *quia*, procedimus ab effectu ad causam: sed effectus non sunt natura sua notiores causa: quia ea sunt notiora natura sua, quae natura sua sunt priora: sed causa natura sua est prior effectu: ergo i. notior natura sua: ergo demonstratio *qua*, non componitur ex propositionibus per se notis natura sua.

Addo tamen demonstrationem *qua*, componi actu, vel virtualiter, ex propositionibus per se notis nobis: probatur, quia vel formaliter componitur ex propositionibus per se notis, vel quae deducuntur ex illis: ergo actu vel virtute componitur ex propositionibus per se notis nobis, quod etiam docuit Aristoteles: hoc lib. cap. 5. dicens demonstrationem, aut constare propositionibus primis, & immediatis, vel ex illis quae ex primis deducuntur.

Dico secundo, demonstrationem, *proper quid*, componi actu vel virtualiter ex propositionibus per se notis nobis, & natura sua, probatur, quia ut dictum est superiori capite, demonstratio debet procedere ex causis, quae sunt notiores natura sua. Præterea in communi demonstratione procedendum est ex notioribus nobis, ad notificandam conclusionem, alias si frustra viceremur illis principiis, si con-

clusio est tam certa nobis, sicut principia, quæ sunt nobis per se nota, quia non semper argumētamur ab hoc principio. Quodlibet est, vel nō est: & similibus: ergo demonstratio propter quid, saltem virtualiter debet componi, ex propositionibus per se notis nobis, & natura sua, quia saltem componitur ex propositionibus, quae ex illis per se notis deducuntur.

Quæst. VI. Vtrum circulatis demonstratio, sit vi- tiosa.

PR O cuius intelligentia ad-
puertendum est, quod vt in circulo, ut in litera huius capi-
tis dicebamus, est probare prin-
cipia per conclusionem, & con-
clusionem per principia; appellat-
latur autem circulus, quia fit re-
gressus ad idem, quia quando
probamus causam per effectum,
& inde effectum per causas, fit
regressus ad eandem causam à qua
incepimus.

Hic tamē circulus duplex est, aliud appellatur circulus unifor-
mis, & est quando fit regressus
ad idem, eodem modo cognitū
sicut antea, aliud vero est circu-
lus diformis, & est quando fit re-
gressus ad idem, tamen alio mo-
do cognitum: nam effectus po-
test duobus modis cognosci.
Primo per suam causam per de-
monstrationem propter quid.

Secundo

Secundo vero potest cognosci per experientiam, vel intuitum, ut quando actu videntur eclipsim, & similiter causa, potest cognosci per discursum, per effectum, per demonstrationem, quia, & etiam per intuitum, absque discursu aliquo: quando ergo fit regressus ad idem, vel ab eodem, eodem modo cognito, quo antea appellatur talis circulus uniformis: quando vero fit ipse regressus ad idem, vel ab eodem, tamen diverso modo cognito, appellatur circulus disformis.

Hoc iacto fundamento, dico primo in hac quæstione circulus in demonstratione, tunc est viciousus, quando fit regressus à consequenti, pro ut cognito dependenter ab antecedenti, quia appellatur circulus uniformis, quia est regressus ab eodem, eodem modo cognito, quæ conclusio satis communis est inter authores: ita sentit Alexander Alensis. 2. lib. de cœlo textu. Sanctus Thomas, eodem libro, lectione 16. & 2. Posteriorum, lectione 12. Caietan. hoc lib. cap. 13. & in hoc cap. M. sius, & reliqui. Et probatur evidenter Aristotelis tationibus, in hoc capite, quia sequeretur idem eodem modo se habens esse notius, & ignotius respectu eiusdem. Probatur sequela; quia in demonstratione, imo, & in omni discursu, principia debent esse notiora conclusione, quia vti-

mur illis ad ostendendam conclusionem: ergo si deinde vtimur conclusione, eodem modo cognita dependenter à præmissis ad probandas ipsas præmissas, iam vtimur minus noto ad probandum id, quod est notius illo, quod satis vitiosum est, ut si probamus ex notioribus, iam idem eodem modo sumptum, esset notius, & ignotius respectu eiusdem.

Neque valet dicere, quod idem potest esse notius natura sua, nobis autem esse minus notum, ut superiori capite dictum est, quia ut optime redarguit Aristoteles in hoc capite, omnis demonstratio debet procedere ex notioribus nobis, eo quod assumimus notiora nobis ad inferendum id, quod est minus notum nobis, alijs, si tam nota est nobis conclusio, sicut principia, frustra vtimur illis principiis ad inferendam conclusionem: ergo si deinde conclusio debet esse notior nobis, ut probemus principia, iam idem eodem modo sumptum, & respectu eiusdem esset notius, & ignotius.

Dico secundo, ie hac quæstione, in demonstratione optime potest fieri regressus à consequenti cognito independenter ab antecedenti, ad ipsum antecedens, qui appellatur circulus disformis, quia non fit regressus ab eodem, eodem modo cognito: nam quando probamus consequens per accidens, cognosci-

tur consequens dependenter ab antecedente, deinde vero probamus antecedens, per consequens sumptum independenter ab illo. Probatur conclusio, hoc modo intellecta. Quia intellectum discurrere, est ex uno obiecto, quod cognoscitur progredi ad aliud obiectum, quod habet connexionem cum priori: sed conclusio, & principia habent inter se connexionem quandam: ergo potest progredi à conclusione ad principia, non quatenus cognita est dependenter à principiis, sed ab illa cognita independenter ab illis progredi, poterit ad ipsa principia.

Hic tamen regressus utilis, & non vitiösus multis modis intellegi potest. Primo, ita ut utraque demonstratio sit, propter quid, tamen in diuerso genere cause, quia non repugnat, id, quod in uno genere est effectus in alio genere esse causam, ut supradictum est: nam in genere cause efficientis sanitas est esse effectus medicinæ: quia medicina est causa efficientis sanitatis, cum hoc tamen sanitas est causa in genere cause si analis: qua ratione medicina est propter sanitatem, tamquam propter finem, ad quem ordinatur, quod optimè docuit Aristotel. 2. Physicorum, textu 30. ergo ab illo, quod in uno genere cause, est effectus demonstratus per suam causam, demonstratione prop-

ter quid, possumus progredi suumendo illud, ut in alio genere est causa, utendo etiam demonstratione propter quid.

Secundo possibilis est circulus adhuc in eodem genere causa, quidquid dicat Masius in hac capite, quod optime explicat Aristotel. in 2.lib. Posteriorum, text. 15. quia sicut in natura, vapores sunt causa materialis ex qua tamquam ex materia fit pluvia, & deinde illa pluvia est causa materialis, ex qua sunt alij vapores, quia circulus in natura non est inconueniens, quia quamvis sit in eodem genere, causa, non tamen ad idem numero, quia isti vapores numero causa, sunt pluviae, & deinde illa pluvia est causa materialis aliorum vaporum, qui diuersi sunt numero à præexistentibus: ita in demonstratione nullum est inconueniens, quod demonstremus ex vaporibus futuram esse pluviam, & deinde ex pluvia futuros esse alios vapores, ubi non sit regressus ad idem numerum, quia sicut hoc in natura non est vitium, ita neque in demonstratione.

Tertio possibilis est circulus in demonstratione, quando utimur diuersis demonstrationibus: nam possumus demonstrare demonstratione, propter quid esse effectum per causam, & deinde per demonstrationem quia, causam per effectum quia ratione Aristotel. demonstratione quia, probat

bat Lunam esse rotundam, quia orbiculariter crescit, & deinde per demonstrationem, propter quid, probat orbiculariter crescere, quia est rotunda, & 2. lib. de celo. c. 8. probat stellas non moueri motu progressivo, quia habent figuram sphæricam: & rursus probat habere figurā sphæricam, quia non mouentur motu progressivo, quæ est demonstratio, quia, & à posteriori, & ratio huius est iam tacita, quia quādo post demonstrationem, propter quid, deinde vtrīmūr in demonstratione quia, ipso effectu ad probandam causam, non vtrīmūr effectu, vt notus est per priorem demonstrationem, sic enim est quid ignotius, & ita nō debet demonstratio ab illo procedere, quia semper demonstratio debet procedere, ex notioribus nobis, vt dictum est, sed vtrīmūr illo effectu, vt alijs cognitio per experientiā, vt problemus eius causam, qua ratione ex eo, quod videmus Lunam orbiculariter crescere, deinde colligimus esse rotundam per demonstrationem quia.

Ex dictis infero, idem quod hactenus de demonstratione diximus suo modo etiam intelligendam esse de syllogismo probabili, quia etiam in omni syllogismo, antecedēs debet esse notius consequenti, & ita à consequenti cognito, vt dependenter ab antecedenti, non potest fieri regressus, quia vt sic est quid ignotius ab illo, tamen alio modo cognito, potest fieri regressus ad probandum antecedens: sicut in demonstratione dictum est. Infero secundo, idē etiam esse dicendum in definitionibus explicando partem definitionis per ipsum definitum: nam quando definitum potest alia cognitione cognosci propter illam, quam habemus in definitione illius, potest particula definitionis probari per ipsum definitum, tamen diffinitum, prout cognitum dependenter à definitione, non potest sumi ad explicandam aliquam particulam definitionis, quia vt sic, est minus notum, vt docet optimus Aristoteles 6. topicorum cap. 3.





CAPVT QV ARTVM.

Ntentum Aristote-
lis in hoc capite est
doce*re*, quod demō-
stratio debet proce-
dere, ex propositionibus nec-
essariis, quam particulam in cap.
superiori, secundo omisserat hic
tractandā. Duo agit. Primo pro-
bat, secundo explicat quid sit,
dici de omni, & dici per se, & di-
civniuersaliter.

Ad primam partem acceden-
tes ait Aristotel. quod demon-
stratio debet procedere ex pro-
positionibus necessariis, & pro-
bat, quia demonstratio ordina-
tur ad acquirendam scientiam:
sed scientia est de necessariis:
ergo, & demonstratio, probat
minorem, quia scientia est de
his, quae aliter se habere non
possunt, dixerat in capit. 2. supe-
riori diffiniens scientiam, quod
tunc scire arbitramur, quando
rem per causam cognoscimus,
& quoniam illius est causa, &
quod nō contingit aliter se ha-
bere: ergo scientia, ac per con-
sequens demonstratio debent
esse de necessariis, de quo videā-
tur supradicta.

Sed quia in propositione ne-
cessaria prædicatum, dicitur de
omni per se, & vniuersaliter,

ideo in secunda parte capitinis ex-
ponit has tres particulias, & in-
quit, quod dici de omni, est præ-
dicari de omnibus inferioribus
contentis sub subiecto, & sem-
per, verbi gratia, in hac prædi-
catione: homo est animal prædi-
catum, dicitur de omni, quia di-
citur de omnibus individualiis co-
tentis sub homine. Dici vero
per se contingit quatuor mo-
dis. Primus modus dicendi per
se est, quando prædicatum est
de definitione subiecti, ut in
hac propositione: homo est ani-
mal, nam prædicatum nempe,
animal, est de definitione homini-
nis. Secundus, est quando subie-
ctum est de definitione prædi-
cati, idest, de essentia prædi-
cati, ut in hac. Homo est risibilis,
nam homo est de essentia risibi-
lis, nam risibile dicit hominē ha-
bentem risibilitatē. Tertius mo-
odus dicendi, per se est per se exi-
stendi, & non in alio, qua ratio-
ne dicimus, quod substantia est
ens per se. Quartus modus est
per se caudi, idest, quod sic
causa per se talis effectus, ut cū
dicimus edificator edificat, iu-
gulatus interit.

Tandem explicat, quid sit dici
vniuersaliter, & inquit quod di-
civni-

ci vniuersaliter est dici de omni per se, & secundum quod ipsum, idest, ratione ipsius, & ita hominem esse sensituum non conuenit illi secundum quod ipsum, quia conuenit illi ratione animalis, non vero in quantum homo est reduplicatio at vero hominem esse resibilem, aut triangulum habere tres angulos & quales duobus reatis conuenit secundum quod ipsum, quia secundum proprias eorum rationes illis conuenit saltem tanquam propria passio. Vnde colligit Aristoteles, quod demonstratio debet procedere ex huiusmodi propositionibus vniuersalibus per se, & secundum quod ipsum.

Circa literam.

Quod in hoc capite Aristot. docet demonstrationem procedere ex necessariis, iam supra tactum est: soloni ergo hic examinandum est, an debeat componi ex propositionibus de omni, & per se

Dubi abit tamen primo aliquis, quare Aristoteles, sicut diffinuit dici de omni, non definiuerit, etiam dici de nullo, sicut id fecit 1. lib. Priorum cap. i. Respondetur causam esse, quia hic Aristot. praeceps agit de demonstratione affirmativa, in qua ponitur, dici de omni, non vero, dici de nullo, quia hoc quid negatiuum est.

Quasi. VII. in hac disputacione quid sint propositiones de omni, & an ex illis componi debeat demonstratio.

Dici de omni hoc modo definiatur ab Aristot. Dici de omni est praedicari de omnibus subiecto contentis pro qualibet tempore: Quod quanvis Aristot. obscure per negationes explicuerit in textu, tamen in substantia idem est. Pro cuius intelligentia notandum est, quod Aristot. longe aliter sumit, dici de omni. 1. lib. Priorum capit. i. & hic: nam ibi appellat, dici de omni, quando praedicatum praedicatur de omni contento sub subiecto, sive vere, sive falso, iuxta quem modum haec propositione. Homo est albus, non est de omni, quia albū non praedicatur de omnibus hominibus in propositione vera, & affirmativa, & hoc est dici de omni posterioristicum. Aliud vero est dici de omni prioristicum, quia in lib. priorum agit de sola forma syllogismi abstractendo ab hoc quod est propositionem esse veram, vel falsam.

Secundo notandum est, circa illam particulam, Pro qualibet tempore, quod debet intelligi pro qualibet tempore importato per copulam, & ita haec propositione. Luna eclypsabitur, quādo fuerit opposita Soli est pro-

E positio

posi iō de omni , quia quamuis eclipsari non conueniat Lunae omnitempore , absolute loquendo, tamen conuenit illi omni tempore significato per copulam , scilicet quando fuerit Soli opposita

Tertio aduertendum est ad propositionem , de omni, non esse necessarium quod sit affirmatur signo vniuersali, sed fatis est, quod prædicatum conueniat omni contento sub subiecto , hoc enim tantum significat illa particula de omni, quilibet hec propositio homo est animal est de omni , quia prædicatum conuenit omnibus inferioribus contentis sub subiecto , & tempore importato per copulam scilicet tempore presenti : addo tamen , quod propositiones in directe qualis est ista . Risibile est homo, non sunt de omni , quamvis enim prædicatum illud,homo conueniat omni contento sub subiecto , tamen prædicatio indirecta, proprie non est prædicatio , & ita prædicatum , proprie non datur conuenire omni contento sub subiecto .

Quarto aduertendum est, quod sicut propositio necessaria est qua duplex , vt antea dictum est , ita & propositio de omni, quia quod necessarium est omni conuenit ; necessarium ergo aliud est quod ita est tale , vt contrarium etiam per di-

uinam potentiam fieri non posset , qualis est hec propositio, homo est animal : nam cum esse animal sit de essentia hominis, contrarium implicat contradictionem.

Secundo aliquid appellatur necessarium , quia quamvis per diuinam potentiam contrarium contingere possit, non tamen per naturam , qualiter hec propositio est necessaria, & de omni, ignis est calidus.

Tertio aliquid appellatur necessarium , & de omni , quia seltem , vt in plurimum est ea le , vt quod in hyeme sit pluvia.

Quarto aliquid appellatur necessarium, vel demoni ex suppositione tantum , qualiter hec propositio: homo mouetur , absolute loquendo non est necessaria , nec de omni , tamen ex suppositione , quod currit necessarium est de omni, quod mouetur.

Sed contra diffinitionem istam hactenus explicatam obici potest , quia ista propositiones sunt de omni : Deus est aeternus : Deus est immutabilis , & tamen prædicatum non probatur de omni contento sub subiecto , quia cum sit unus numero non possunt dari plura contenta sub subiecto , de eisquebus dicitur prædicatum , & idem est suo modo de hac propositione gol est lucidus , quia tantum datur unicus sol: secundo quia hec pre-

prædicatio, homo est risibilis, est de omni, tamen si Deus pro aliquo tempore auferret risibilitatem ab homine, prædicatum nō conueniret sub subiecto omni tempore.

Sed respondeatur ad primam quod in hac propositione. Deus est æternus, quatuor prædicatum non dicatur de pluribus individuis contentis sub subiecto & tamen dicitur de pluribus diuinis personis, quæ sunt Deus.

Vel secundo respondeatur quod in hæc definitione, dici de omni cōtēto sub subiecto nō debet intelligi affirmatiū sed negatiue id est q̄ nihil cōtineatur sub subiecto, de quo nō dicitur prædicatum, & ita hac fortasse de causa Aristoteles in litera hoc explicauit per negationes, & ita verum est, quod nihil continetur sub subiecto: Deus, de quo non dicatur prædicatum, & eodem modo respondeatur ad aliud de Sole.

Ad secundum respondeatur, quod quamvis Deus auferat risibilitatem ab homine, hæc propositio, homo est risibilis esset de omni, si illud verbum est non significet actualem existentiam sed connexionem, veluti essentialē inter prædicatum, & subiectum, quia hæc connexio essentialis, omni tempore est.

Sed dubitabit aliquis vtrū hæc propositio sit de omni om-

nīs homo in senectute canescit respondetur sub distinctione nā si illa particula in senectutematur a parte subiecti, restrinxit illud, ita vt faciat hunc sensum, omnis homo senex canescit, & tunc est de omni, quia necessarium est, saltem, vt in plurimum, quod omnes homines in senectute canescant, sicut necessarium est, vt in plurimum, quod in hyeme sit pluvia si vero illa particula in senectute sumatur a parte prædicati facit hunc sensum, omnis homo peruenit ad senectutem, & in ea canescit, ac proinde est falsa propositio, idem fere est iudicium de his propositionibus. Omnis corbus est niger, & omnis cignus est albus: nam si sensus sit quod tempore crescentis ætatis corbus est niger, & cignus est albus sunt propositiones de omni & verè: si vero sit sēsus, quod omni tempore corbus est niger & cignus est albus, non sunt de omni, quia cum primum generatur corbus non est niger, nec cignus albus est.

His iactis fundamentis sit conclusio in hac questione omnis demonstratio debet componi ex propositionibus, de omni. Quæ conclusio communis est inter autores, & probatur ratione, quia propositio necessaria est propositio de omni, quia quod necessariū, est omnibus in est, vt hominem esse animal: ed omnis demonstratio debet cōponi

ex propositionibus necessariis, vt s. capit 2. explicatum est: ergo etiam debet propositio naturali modo componi ex propositionibus de omni aliquo ex modis iam relatis.

Quæst. V III. Quid sint propositiones per se, & an ex illis componi debet demonstratio.

ARISTOT. in hoc capite enumera merat modos dicendi per se, qui suo ordine examinandi sunt. Primus modus dicendi est, quando prædicatum est de diffinitione subiecti, id est de essentia subiecti, quales sunt omnes propositiones essentialies. Hoc autem intelligendum est, siue illud essentialie prædicetur in recto, vt cum dicimus, homo est animal, homo est rationalis, siue prædicetur in obliquo, vt cum dicimus. Homo est compositus ex corpore & anima, linea est quantitas clausa punctis nam Aristot. in hoc capite aper te dicit, lineam conuenire lineas per se in hoc primo modo, quia sunt de essentiali lineis.

Secundo aduentendum est, quod quando Arist dicit, quod dici per se in primo modo, est quando prædicatum est de diffinitione subiecti, debet intelligi de diffinitione essentiali non descriptiva, quia aptum ad ride dum est de diffinitione descriptiva hominis, cù definitur homo discrepue, quod sit animal aptū

ad ride dum, cum hoc tñ aptū ad ride dum nō prædicatur de homine in primo modo dicēdi per se, quia non est essentia hominis, sed passio: hæc tamen propositio, homo albus est, animal, est in secundo modo dicēdi per se, quia quanvis animal non sic de diffinitione essentiali albi tamen est de diffinitione essentia li hominis, quia ponit à parte subiecti simul cum albo in illa propositione.

Tertio aduerte te dū est, quod vt propositio aliqua sit de per se sicut, vt sit de omni, requiritur, quod sit directa: nam prædictio indirecta proprie non est prædictatio, & ita neque proprie loquendo est prædictio per se, & ita hæc propositio. Rationale est animal, non est per se, quia animal formaliter, & per se, nō prædicatur de rationali, quia genus non prædicatur in prædicatione formalis de differentiis per quas contrahitur, vt dictum est in capite de differentia, Ineq; è cōtra hæc prædictio, animal est rationale non est per se, quia veluti per accidens conuenit animali, quod sit rationale, neque habet per se connexionem, animal, cū rationali.

Sed contra diffinitionē huius primi modi potest obiici: nā hæc propositio, album est corpus, non est per se in primo modo: quia non est directa propositio, & ita prædicatum proprie, non prædicatur per se, in prædictio ne

ne formalis, & tamen prædicatū nē pe corpus est de dissinitione essentiali subiecti: nā albū est ētialiter dissinitur per corpus, hoc modo. Albū est corpus disgregatiū, visus ergo hæc dissinitio huius primi modi nō videtur exacta. Idē est de hac propositione indirecta. Risibile est homo, cūta mē homo sit de dissinitione essentiāli risibilis, quia definitur essentialiter risibile per hominē, tāquā per subiectū ad quod dicit essentialē ordinem.

Secūdo quia hæc propositio est perse, homo est substātia, vel homo est viuēs, cū prædicatū nō sit de essentia subiecti, & tamē prædicatū nō ponitur indefinitio essentiali subiecti, quia cū definiatur homo essentialiter, q̄ sit animal rationale in hac definitiōne, nō ponitur substātia, nec viuēs: ergo definitio huius primi modi non videtur exacta.

Tertio quia hæc propositio patet est filij pater est de perse in primo modo, quia de esse tia patris est, q̄ sit filij pater, & tamē si eus prædicatū est de definitio essentiali subiecti, ita etiā subiectū est de dissinitione essentiali prædicati, nam sicut pater est de dissinitione filij, ita filius est de dissinitione patris: ergo hæc definitio mala est.

Ad primū argumentū Cāle. asserit illas propositiones esse in primo modo dicēdi perse, nobis tamē non placet, quia sunt indi-

rectē vnde ad argumentū respōdetur, quod quando Arist. dicit primū modū dicēdi perse esse, quādō prædicatū est de definitione essentiali subiecti, illa particula præcatū debet intelligi de prædicato in prædicatione formalis & ita illæ propositiones nō sunt perse propriæ quēdō, quia nō sunt prædicationes formales, quāuis prædicatū sit de essentia dissinitione subiecti.

Ad secundū Respōdetur verū esse, illas propositiones esse perse in primo modo, vt argumētū probat, quanvis autē prædicatū nō ponatur explicite in dissinitione essentiali subiecti, ponitur tamē implicite, vel virtualiter: quia cū dicimus hominē esse animal rationale in illa particula animali virtualiter, & implicite ponitur substātia & viuēs, quia hæc sunt prædicata superiora, quæ essentialiter includuntur in animali, sicut quod sit ens.

Ad tertijū respōdetur, quod ut supra diximus, vnu relatiū no ponitur in dissinitione alterius, in quantū relatiū est, sed in quātum est quid absolutū vnde cū pater relatiū definitur per filium in ablico, à parte prædicari, sumitur filius, in quātū aliquid absolutū prout est quādā substantia genita, quādō verò deinde definitur filius relativè sumptus per patrem, sumitur pater prout est quid absolutum, nempe prout est quādam substantia absoluta generans, & ita in illa propositione,

sitione, pater est habens filium filius prout est prædicatum, est aliquid absolutū & nō dēfinitur per patrem, ut quid relatiū est.

Secundus modus dicēdi per se inquit Aristoteles est quando subiectum est de definitione prædicati, qua ratione, par, & impar quæ sunt passioles numeri dicuntur de illo, & omnis passio, ut visibile prædicatur perse in hoc secundo modo, immo etiā propria subalterna prædicantur perse de subiectis in hoc secundo modo, ut cum dicimus, homo est sensitus.

Sed dices, homo non est de essentiā definitione sensitiū nam si definias sensitiū hominōs, sensitiū est aptum ad sensitū, ibi non ponitur homo: respondetur quod quāvis non ponens homo, secundū propriā & ultimā rationē in voluntate, tamen ponitur homo secundū aliquā rationē in superiorē sibi, qua rationē est apertum ad sensitū, est ratio superioris hominis, tamen

Secundū aduertendū est circa eandē dissimilitudinē, quod debet intelligi in prædicatione formalī, & directa, quia tantum prædicatione directa & formalis est prædicatione perse, & ita hæc prædicatione animal est homo nō est perse in hoc secundo modo, quāvis animal, quæ est subiectū sic dēfinitione essentiā hominis, quianō est præpositio directa, & formalis.

Tertio aduertendū est, quod ut præpositio aliqua sit perse sive

in primo modo sive in secundo modo, debet esse necessaria, & de omnī hoc enim præ intelligēdū est indefinitiōne primi & secundi modi, & ita hæc præpositio homo est ridens nō perse primo neque secundo modo, quia rā dire mere accidētaliter conuenit homini. Similiter hæc proposiō Numerus est par. Numerus nō est perse primo, neque secundo modo, quia cū esse parē non conueniat omni numero, nō est de omni, solum erit perse in hoc secundo modo, si fiat dissimilitudine hoc modo. Numerus est par vel impar, quia iā sit de omni, nā omnis numerus est par, vel impar, & sit necessaria, quod autē requiratur, ut præpositio aliqua sit de perse primo & secundo modo, quid sinecessaria, atq; adēde omni, probat optime hic Sotasse x Arist, in hoc e. quia post quāc numeratio primū & secundū modū dicēdi perse, ait, quod reliqua sunt accidētalia, id est, quæ non prædicantur tanquā essētia aut tanquā passio, prædicantur accidētialiter, & non necessario: supponit ergo Arist. præpositiōnes primi & secundi modi dicēdi perse debere esse necessarias, & ita de omni.

Cōtra hanc dēfinitionē obiecti potest, quia hæc præpositio, homo est visibilis est perse in hoc secundo modo, quia in ea prædicatur passio de subiecto, sed in ea subiectū non est de dēfinitione prædicationē visibile definiū

finiri potest, cū in eius definitio ne nō ponatur homo, ut si dicas. Risibile est adptum ad idēduim. Secundo quia ex dictis sequitur, quod hæc propositio, homo est albus sit perse, & probatur. Qui aut diximus satis est, quod subiectum secundum aliquā rationem superiorem ponatur in definitione prædicati: sed homo in quantum corpus est ponitur in definitione albi, cū dicimus, album est corpus disgregatiū visus; ergo hæc propositio, homo est albū, esset perse in secūdo modo persitatis, quod tamē est falsum, cū sit propositio mere accidentalis, sed respondetur ad primum quod quamvis in definitione risibilis, non ponatur subiectum, nempe homo secundum propriam, & ultimatam rationem hominis, tamen ponitur secundum aliquā rationem superiorem: nam esse aptum ad rideendum, est quædam ratio superior ad esse hominis, & alia; & hoc satis est ad secundum modū persitatis, ut dicebam ante.

Ad secundū respōdetur non fatis esse ad secundū modū persitatis, quod subiectum secundū aliquā rationē superiorem ponatur in definitione prædicati, nisi supponamus, prædicatū conuenire necessario ipsi subiecto, hoc enim requiritur, ut dictū, est ad ipsum modum persitatis, & ita illi propositio homo est albus, non est in secūdo modo persitatis, imo nullo modo est per-

se, quia per accidētē cōuenit homini esse albū, & ita ex dictis patet, q̄ omnis propositio necessaria, & de omnī, aut est in primo aut in secūdo modo persitatis, quia q̄ necessario alicui cōuenit perse aliquo modo cōuenit, vel tāquā essentia ut homini esse animal, vel tāquā proprietas, ut esse risibile, vel deniq; tāquā accidentis separabile, qua ratione igni perse cōuenit esse calidū, & corbo esse higrum.

Sed dubitabit aliquis, vtrū propositiones cōuertere primi modi sint in secūdo modo dicendi perse, & propositiones cōuertentes secundi modi sint in primo modo dicēdi perse. In quare Caiet. & Niph. hic tenet partē affirmatiuā, tamē hæc sentētia uniuersaliter loquēdo non est vera, ut optime, hic vidit Sot, quia aliquid cōuertens nō est propositio formalis, & directa, atq; adeo nec proprie loquēdo est perse: nā hæc propositio homo est rationalis, quæ est in primo modo dicēdi cōuertitur in hæc. Rationale est homo, hæc autem nullo modo est perse, quia est in directa, & nō formalis. Idē est de hac propositione homo est animal, quæ est in secūdomodo, eiustamē cōuertēs, scilicet animal est homo, cū sit in directa nō est perse.

Terti⁹ modus dicēdi perse sumitur à modo existēdi perse, & ita omnes substantiae dicuntur entia perse, quia non sunt in alio, quod intelligandū est in hesiū

nam secundum substantiam sunt in primis ut vidimus c. de subst. non in natura, sed per modum inclusionis, quia praedicta superiora sunt de essentia inferiorum.

Quartus modus dicendi per se est, quando effectus per se habet dependentiam ab aliqua causa. Pro quo aduertendum est, quod causa est duplex: alia est per se, & est illa, quae ratione sui influit in effectum, ut edificator in quantum edificator est, construit domum: alia vero est causa per accidens, & est, quae ratione sui non influit in effectum, sed ratione alterius sibi adjuncti, ut cum dicimus, album edificat: nam album in quantum album non influit per se in edificium, sed in quantum edificator est: quando ergo effectus aliquis in propositione habet dependentiam a causa per se, talis propositione est de per se in hoc quarto modo, ut in his, edificator edificat iugulatus interit.

Vbi etiam in secundo aduentum est huiusmodi propositiones non appellari per se, quia praedicatum necessario conueniat subiecto, quin potius contingenter conuenit, nam edificatori contingenter conuenit edificari: solu ergo appellatur per se, quia effectus necessariam habet dependentiam a tali causa, qualiter edificium, ut hat, necessario habet dependentiam ab edificatore.

Vnde sicut sunt quatuor genera causarum ut Aristote-

les docuit secundo libro physicorum, ita sunt genera perfecta tis huiusmodi: aliud enim est ingenere causae efficientis, ut cum dicimus edificator edificat aliud in genere cause finalis, ut cum dicimus medicina est propter sanitatem aliud in genere causa materialis, ut cum dicimus dominus componitur ex parietibus, quae etiam est in primo modo, in quantum est propositio essentialis aliud in genere causa formalis, ut cum dicimus homo est albus propter albedinem: tandem circa hos modos aduentum est, propositiones idealicas, propriè loquendo, non esse per se, quia non sunt formales, possunt tamen reduci ad primum modum per se, quia sunt essentiales, licet non formales ut haec propositio homo est homo.

Hic ergo suppositis sit conclusio in hac questione, demonstrationem omnem saltet, ut commode fiat debere componi ex propositionibus de per se aliquo ex modis connumeratis. Probatur, quia demonstratio in primis debet componi ex propositionibus necessariis, ut supra probatum est, & rursus, ut commode fiat debet componi ex propositionibus directis: nam praedicaciones indirectæ non quidem sunt verae & propriæ predicationes. Sed omnis propositio necessaria, & directa est de per se, ut probatum est, quia quod necel-

necessario alicui conuenit, per se conuenit aliquo modo: ergo omnis demonstratio saltem, ut comode fiat, debet componi ex propositionibus de *per se*, aliquo ex dictis modis, dixi autem, ut comode fiat, quia aliquid minus bene demonstratio componi potest ex propositionibus in directis, atque adeo quae non sunt *per se*, quod tam potest contingere indemonstratio propter quidquam in demonstratione quia Verbi gratia hæc est demonstratio propter quid: Risibile est homo: ergo risibile est admirativum: quia cum homo sit causa suarum passionum procedit à causa ad effectum, cù hoc tamen illa proposicio, risibile est homo, est indirecta, ut patet. Similiter hæc est demonstratio quia risibile est admirativum: ergo risibile est homo: quia per passionem proueniens ab homine tanquam a causa probamus ipsam causam, nepe quod risibile sit homo: ergo tam demonstratio quia quam propter quid componi possunt ex propositionibus indirectis, quia illa proposicio: ergo risibile est homo indirecta est, ut patet, commodius tamen sit demonstratio ex propositionibus indirectis.

Ais.

Quæstio. IX. Quid sint positiones de vniuersali, & an demonstratio debat componi ex illis.

Duci vniuersaliter diffinitur hoc modo ab Aristotele in hoc capite dici vniuersaliter est dici de omni, *per se* & secundum quod ipsum. Pro cuius intelligentia notandum est, quod hæc tria, dici de omni, dici *per se* & dici vniuersaliter se habent, sicut superius & inferius: nam omnis propositio *per se*, est de omni, ut explicatum est non tamen omnis propositio de omni, est de *per se*: nam hæc propositio est de omni, ut quia homo currit, assignatis duobus hominibus currentibus, non tamen est *per se*, quia currere absolute loquendo non conuenit *per se* homini. Similiter hæc proposicio, homo est sensitus, est *per se*, ut dictum est, non tamen est secundum quod ipsum, quia conuenire alicui prædicatum, aliquod, secundum quod ipsum, non tantum est conuenire illi essentialiter, sed quod conueniat illi primo, & non ratione prædicati superioris, & quia esse sensituum non conuenit primo homini, sed animali, ideo esse sensituum non conuenit homini, secundum quod ipsum, hæc tamen prædictio, homo est risibilis est secundum quod ipsum, quia esse risibile

E 5 bile

bile primo cōuenit homini, quā cuilibet alteri, & ita cōuenit illi secundum quod ipsum, & idē est de quauis alia passione cōvertibili cum subiecto.

Ex quo infero, quod hęc prædictio. Luna eclipsatur non est secundum quod ipsum, quia eclipsari non cōuenit perse primo huic lunę in quantum huic luna est, si daremus lunam aliam in simili propositione & circumstantiis creatam, ut re vera dari potest de potentia Dei absoluta eodem modo eclipsaretur, dum est opposta illi, & ita eclipsari non cōuenit primo & perse huic lunę, atque adēd non secundum quod ipsum.

Infero secundo, qualiter hęc definitio dici vniuersaliter est dici de omni perse, & secundum quod ipsum non sit nugatoria, quia quamvis omnis propositio secundum quod ipsum sit deperse, & de omni, non tamen econtra, & similiter quāuis omnis propositio perse sit de omni, non tamen econtra, & ita illę particula perse & secundum quod ipsum sumuntur in hac definitione secundum suas præcisas rationes, qua ratione diuersa sunt sicut superius & infraius.

Infero tertio quod hęc prædictio, homo est animal, quamvis sit perse, non tamen secundum quod ipsum, quia illa particula secundum quod ipsius significat quod sit prædicatum proprium illius subiecti, ita

quod aliis non cōueniat. Quāliter ratio animalis cōuenit brutis: debet ergo prædicatum secundum quod ipsum cōuenire primo illi rei, aliis vero ratione illius, ut risibile cōuenit primo & perse homini, Petro vero, & Paullo ratione hominis, & quia animal non cōuenit brutis ratione hominis, neque est proprium prædicatum hominis, sed commune pluribus, ideo non cōuenit homini secundum quod ipsum.

Sed obiicies, sequitur quod prædications in quibus secunda aut tertia passio prædicatur de subiectis, non sint secundum quod ipsum, qualis est ista homo est risibilis, quia risibile non est prima passio hominis, quia supponit admiratiōnem: sicut risus supponit admiratiōnē alicuius nouitatis, ut dicemus tertio libro de anima: ergo non dñdicitur risibile de homine primo & perse, sed mediante prima passione: ergo non prædicatur de illo secundum quod ipsum.

Respondet negando sequentiam, quia quamvis secunda passio cōueniat subiecto ratione prima, atquē adēd non primo in hoc sensu, tamen cōuenit illi primo & perse, id est non ratione alterius prædicati superioris sed ratione sui, quia omnes passiones propriae hominis diminuit a propria essentia illius, & non quia animal est, & hoc intelligimus in præsentia per illa pat-

particulam ptimo & perse.

Ex quibus tandem infero, quod hęc propositio, Deus est bonus, & similes, sunt secundū quod ipsum, quia esse bonum conuenit primo & perse Deo, creaturis autem per participationē, q̄ optimè ad notauit Caietanus in hoc capite.

His suppositis dico primo in hac questione demonstratio perfecta propter quidcōstatre debet ex propositionibus de via ressalii, vel secundū quod ipsum, quod idē est, probatur ex Arist. tunc in hoc capite, rūc etiā in cap. 2. huius libri, & ratio est: quia in demonstratione perfecta propter quid, demonstratio est de subiecto adēquato, & per mediū adēquatum, ut videre est in hac demonstratione. Omne animal rationale est risibile. Omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis, ybi probatur passio nēpe risibile de subiecto adēquato & per mediū adēquatum, & proprium illius subiecti, scilicet, quia est animal rationale: ergo talis demonstratio debet constare ex terminis conuertibilibus, quia passio, subiectum adēquatum, & mediū adēquatum sunt termini conuertibiles, ut videre est in prædicta demonstratione: sed propositio ex terminis conuertibilibus, est secundū quod ipsum, ut hęc homo est risibilis, vel homo est rationale: ergo demonstratio perfecta, propter quid componi

debet ex propositionibus de se cundū quod ipsum.

Dico secundo absolute loquendo, non omnes demonstrationes debent componi de propositionis secundum quod, ipsum, hęc etiam cōclusionem docuit Aristoteles capite secundo allegato, & ratio est, quia non omnes demonstrationes probant prædicatum aliquod conuertibile cum subiecto, & per medium adēquatum conuertibile cum illo, atque adeo cum non constent ex terminis conuertibilibus, non sunt de secundū quod ipsum, quod tā potest contingere inde demonstratione, quia quam propter quid, nam in primis hęc est demonstratio propter quid. Omne animal est sensituum, omnis homo est animal: ergo omnis homo est sensitius quia demonstramus passionem per suam causam, cum hoc tamē minor & conclusio huius syllogismi non sunt propositiones secundū q̄ ipsum, ut patet. Idem etiam contingit in demonstratione qui v.g. in hac demonstratione. Omnes sensituum est animal, omnis homo est animal: ergo omnis homo est sensitius, que est secunda figura, in qua medium est prædicatum in maiori, & in minori, est autē demonstratio quia nam per passionē demonstratur eius causa, cum hoc tamē etiam minor & conclusio non est de secundū quod ipsum, ut patet ergo absolute loquendō non nisi demonstrat.

dēmōstratio debet componi ex propositionib⁹ de secundum quod ipsum, seu de vniuersali.

Re aliqua q̄x Aristoteles tractat in cap. 5. 6. 7. 8. & 9. quæ alicuius sunt momenti, iā sunt à nobis dicta, quale est dēmonstratio debere procedere ex pro-

positionibus necessariis, & p̄se, de quo agit capit. 6. & 7. quæ etiam est disputare de principiis tum vniuersalibus ad plures scientias, tum etiam propriis & particularibus alicuius scientiae, de quo disputat cap. 8. & 9. & ita hæc dicta sufficiant de his capitibus.



C A P V T D E C I M U M .

Intentum Aristoteles hac capite est docere dīscrimē, q̄ver satur interdēmōstrationē quia, & propter quod duo agit, primo ostendit, qua ratione differant in eadem scientia, dēmōstratio, quia, & propter quid secundo, qua ratione diff. cant in diuersis. Primo ergo inquit Aristoteles differunt dēmōstratio quia & propter quid: quod in eadem scientia dēmōstratio propter quid procedit à causa ad effectum, dēmōstratio vero quia est ecōtra ab effectu ad causam, adhibet duo exēpla primum est nam dēmōstratio propter quid stellæ, quæ sunt prope nos, non scintillant, est quia sunt prope nos planetæ sūt prope nos: ergo non scintillant nā esse prope nos est causa, quod non scintillent, nā vt docet idē Arist. lib. de cę

lo tota causa, quare stellæ scintillat, est quia nō sunt prope nos scilicet, quia stellæ fixæ maxime distant a visu nostro, ita ut scintillare videantur: dēmonstratio autem quia erit si dicamus, stellæ nō scintillat, sūt prope nos, planetæ non cintillat: ergo sunt prope nos. Vbi procedimus ab effectu ad causam.

Secundū exemplū est in Luna: nā hēc dēmonstratio propter quid. Luna est rotunda: ergo orbiculariter crescit, quia esse rotundā est causa, quod orbiculariter crescat, econtra autē erit dēmonstratio, quia, si dicamus Luna orbiculariter crescit: ergo est rotunda, quiaprocedim⁹ ab effectu ad causam.
aduertit tamē Arist. quod dēmonstratio quia & propter quid non possunt semper confici ex eisdēm terminis, nisi quando effe-

effectus est conuertibilis cum sua causa, ut risibile cum anima- li rationali, tamen quando effec- tus est inferior causa fieri po- test demonstratio quia & propter quid v. g. moueri motu pro- gressivo est effectus animalis, & inferior illo: nam multa sunt ani- malia, quæ non mouentur motu progressivo, ut sunt olla & con- chilia, quæ sunt animalia quædā à fixa petris, ex hoc ergo effectu inferiori potest optime fieri de- monstratio quia, hoc modo, quid quid mouetur motu progressivo, est animal homo mouetur motu progressivo: ergo est ani- mal tamen non potest econtra fieri demonstratio propter quid: nam si dicamus hoc modo, om- ne animal mouetur motu pro- gressivo, omnis homo est ani- mal: ergo omnis homo moue- tur motu progressivo: nam ma- ior est falsa, ut dixi, si autem esse etus sit superior causa, sit demô- stratio propter quid, non verò quia v. g. viuere, id est, elicere operationē vitæ est effectus ani- malis superior illo, quia plantæ viuunt, & non sunt animal, fiet: ergo demonstratio propter quid, hoc modo, omnis animal viuit omnis homo est animal: ergo omnis homo viuit, tamen non potest fieri demonstratio quia procedendo ab effectu ad cau- sam, nam si dicamus hoc modo. Omne quod viuit est animal, om- nis homo viuit: ergo omnis ho- mo est animal, quia maior illa

omne quod viuit est anima! est falsa.

Differunt secundo demon- stratio quia & propter quid in eadem scientia inquit Aristote- les: nam demonstratio propter quid, procedit à causa proxima, demonstratio verò quia à causa remota v. g. esse animal est causa remota respirandi: nam pisces sunt animalia, & non respirant, quia non habent pulmones, qui est causa proxima respirationis, si ergo conficiamus propositionem hoc modo, quidquid respi- rat est animal, paries non est ani- mal: ergo paries nō respirat, hæc demonstratio inquit Aristoteles procedit à causa ad effectum; quia sicut esse animal est causa remota respirandi, ita etiam nō esse animal, est etiam causa remo- ta non respirandi, cū hoc tamen inquit Aristoteles, illa demon- stratio non est propter quid, sed quia, nam procedit à causa remo- ta, quia non esse animal, solum est causa remota non respirandi, non vero proxima, & adæquata: nam si esset causa proxima & a- dæquata, etiam esse animal esset causa proxima respirandi, & ita pisces respirarent, nam in causis proximis, & adæquatis, si nega- tio est causa negationis, etiam affirmatio debet esse causa affir- mationis.

Differunt tandem inquit Ari- stoteles demonstratio quia & pro- pter quid in diuersis scientiis, nam demonstratio quia pertinet ad scienti-

ad scientiam subalternam propter quid vero ad subalternam tem & hæc de litera.

Circa literam.

IN hoc capite disputari solet de scientia subalternante, & subalternata, occasione sumpta ex ultimis verbis huius capitatis, nos tamen disputationem hæc commodius distulimus ad c. 26. vbi de scientia longa erit disputatio, hic enim obiter sat agit Aristoteles de scientia subalternante, & subalternata.

Circa id, quod dicit Aristoteles, quod si affirmatio est causa affirmationis, negatio debet esse causa negationis, ad uertendum est, quod debet intelligi in causis per se, & adæquatis, scilicet, quæ neque possunt esse sine effectu, neque effectus sine illo, ut homo est risibile, quia beneualeat, est homo: ergo est risibilis, & similiter negatiuè, non est homo: ergo non est risibilis, & in his causis non debet intelligi illa regula, quod nō licet argumentari ab opposito antecedentis ad oppositum consequentis, sed solum habet verum, in causis in adæquatis verbi gratia quamvis bene valeat est homo: ergo est animal, non tamen valet, non est homo ergo non est animal, quia esse hominem non est causa adæquata conuertibilis cum animali, neque contra.

Sed obiicies: nam adhuc in causis adæquatis, hec regula videtur nulla: nā album est causa adæquata disgregandi visum, tamē non valet, albū est causa disgregandi visū: ergo non esse albū est causa cōgregandi visum nā colores medij, vt viride, non sunt albū, & tamen non cōgregat visum, quia hic effectus est proprius nigredinis: respōdetur quod ut hæc regula vera sit, debet seruari eadē oppositio inter effectus, quæ est inter causas, proportionali modo vnde sicut albū, & non albū opponuntur contradictorie, sicut albū est causa disgregandi, ita nō albū est causa non disgregandi: nā disgregare, & non disgregare opponuntur contradictorie, & sicut albū & nigrum opponuntur contrarie, ita sicut albū est causa disgregandi, ita etiam nigrum est causa congregandi, qui est effectus contrarius, reliqua, quæ Aristoteles hoc capite disputat in sequentibus explicabo.

Quæstio X. Vtrum demonstratio quia, & propter quid specie differant.

Demonstratio multis modis diuidi potest: nā primo alia est mentalis, alia vocalis, alia scripta, quediuis procul dubio est analogi in analogata: nā de monstratione vocalis & scripta tantum adpellatur demonstrationes per

per attributionem ad demonstrationem mentalē quæ proprie & formaliter est demonstratio, nā demonstratio vocalis, & scripta tales vocantur, quia sunt signa demonstrationis formalis, quæ est in intelle^ctus: sicut vrina analogice appellatur sana, quia est signum sanitatis formalis, quæ est in ipso animali: relata ergo demonstratione vocali, & scripta quæ minus proprie demonstrationes appellatur, demonstratio mentalis, quæ formalis demonstratio dicitur, diuiditur in demonstrationē affirmatiuā & negatiuā, de quibus disputat Aris. hoc lib. cap. 21.

Circa quas primo certum est differre specie, ita quod haec diuisio sit generis in species, & probatur, quia demonstratio, ut supra vidimus componitur ex actib^s intelle^ctus, quibus assentimur principiis, & conclusioni, vel dissentimur cōclusioni propter dissensum præmissatum, sed in intellectu assensus, & dissentius distinguuntur specie sicut in voluntate amor & odium: ergo demonstratio affirmatiua, & negatiua specie differunt.

Secundo certum est demonstrationem affirmatiuam præstantiorem esse negatiua, ut Aristoteles loco alegato probat: nam sicut affirmatio prior & præstantior est negatione, ita demonstratio affirmatiua prior & posterior est negatiua.

Tertio diuiditur demon-

stratio in vniuersalem, & particularem de quibus disputat Aristoteles hoc libro capite. 20. circa quas primo certum est differe specie: nam etiam actus, quo assentimur principiis, & conclusionibus vniuersalibus specie differt ab illo, quo assentimur conclusioni, aut præmissis particularibus, quia habent diversa obiecta.

Tertio certum est demonstrationem vniuersalem perfectiorem esse particuliari, quod septem argumentis demonstrat Aristoteles loco allegato: duo tamē sunt potissima primū quia per demonstrationem vniuersalem plura scimus, quam per particularem, & minus certo: secundū, quia vniuersalia sunt priora: ergo demonstratio vniuersalis procedit m^gis a prioribus: ergo est perfectior.

Sed dices, actus sumunt suā speciem, & essentiam ex obiectis, sed demonstrationis particularis habet perfectius obiectū, nā veratur circa particularia, quia perfectiora sunt vniuersalibus, nam perfectior est hic homo, quā homo in cōmuni: nam hic homo dicit quicquid dicit homo, & aliquid amplius, nempe differentiam individualē: ergo demonstratio particularis est præstantior vniuersali.

Respondeatur quod qnāuis singularia, quasi entitatiue sint perfectiora vniuersalibus, non tamen in ord.

ordine ad scientiam, ad quam ordinatur demonstratio: nam scientia per se est de vniuersalibus, scilicet verò de singularibus.

Quarto diuiditur demonstratio in ostensiua, & per impossibile, de quibus disputat Aristoteles capit. 22. huius libri & nos supra non nihil diximus, quas etiam certum est differre species, quia demonstratio per impossibile, ut supra, procedit ex falsis deducendo ex datis ad impossibile per evidentem consequentiam, demonstratio verò ostensiua procedit ex veris, ex quibus veram etiam infert conclusionem, & ita prestantior est quam demonstratio per impossibile.

Quinto tamen diuiditur demonstratio indemonstrationem quia & propter quid de quibus Aristoteles disputat in hoc capitulo circa quas certum est differre species, ita quod hæc diuisio sit generis in species, quicquid hic dicat Masius Ratio est, quia demonstrationi propter quid esse tiale est procedere à causa proxima ad effectum, nam ostendit effectum esse talem propter suam causam adequatam, & proximam, & ideo propter quid appellatur sed hoc non conuenit demonstrationi quia, nam hæc, vel procedit ab effectu ad causam, vel tantum à causa remota, ut docuit in hoc capite Aristot. ergo distinguuntur essentialiter, quod autem vniuocè conueniant in ratione

demonstratio in communis, atque adeò tam in ratione genera. Probatur, quia demonstratio in communis significat quoddam argumentum certum & evidens, ita ut rem clare demonstretur sed in hac ratione vniuoce conueniunt demonstratio quia & propter quid, quia virtusque est argumentum certum & evidens: ergo hæc diuisio est generis in species.

Sed cōtra obiicit Masius ad probandum, quod demonstratio quia non sit perfecta demonstratio: nam illa est perfecta demonstratio, quæ generat scientiam: sed demonstratio quia non generat scientiam, & probatur, quia scire, ut docuit Aristot. cap. secundo scire est rem per causam cognoscere: sed demonstratio quiaprocedit ab effectu ad causam: ergo non est perfecta demonstratio.

Secundo quia tantum demonstratio propter quid est quæ appellatur simpliciter demonstratio, non vero demonstratio quia

Sed respondeatur ad primum quod sicut est duplex demonstratio, scilicet quia & propter quid ita est duplex scientia quia & propter quid, cuius ratio est: nam omnis demonstratio, cum sit argumentum evidens generat scientiam aliquam, Arist. autem loco allegato, solum definit scientiam, propter quid, quæ est potissima scientia, non vera scientiam quia,

Ad secundum quod demonstratio, propter quid, appellatur simpliciter loquendo, demonstratio, propter suam maximam perfectionem, ita quod illud additum augeat perfectionem, non tamen est inconueniens, quod inter species eiusdem generis, vna sit perfectior alia ratione co- trahentis differentiarum, ut sepe ali bi dictum est.

Tandem, circa has demonstrationes illud aduertendum est, quod omnes diuisiones, supra adductæ verificantur, tam demonstratione, quia, quam propter quid, & ita tantum sunt due demonstrationes, nam demonstratio propter quid, alia est vniuersalis, qua inferimus effectum vniuersalem, ex causa vniuersali, & adæquata; alia est particularis, qua inferimas effectum singularem, ex causa singulari, & è contra procedendo, ab effectu ad causam, erit demonstratio quia. Similiter, tam demonstratio quia, quam propter quid, alia est affirmativa, alia negativa; nam demonstratio propter quid, tunc est affirmata, quando ex affirmatione cause colligimus affirmationem effectus, tunc negativa, quando ex negatione cause colligimus negationem effectus, ut cum sic argumentamur. Lapis non est animal rationale: ergo lapis non est risibilis, & è contra procedendum est in demonstracione quia, ita ut in affirmativa ex

affirmatione effectus, colligatur affirmatio cause, & ex negatione effectus, colligatur negatio cause. Similiter, tam demonstratio, quia quam propter quid, alia est ostensiua, alia per impossibile: nam quando deducimus ad inconueniens, quod est effectus secutus ex antecedenti est demonstratio per impossibile propter quid, quia argumentamur à causa ad inferendum effectum ut quando argumentamur contra assertentem lapidem esse rationalē, hoc modo, lapis est rationalis: ergo lapis est risibilis; & è contraerit demonstratio quia per impossibile, si probemus lapidem non esse risibile, quia non est rationalis.

Sed statim oritur difficultas: Vtrum scientia acquisita, per demonstrationem quia, distinguitur specie à scientia acquisita per demonstrationem propter quid, sicut ipsæ demonstrationes quia, & propter quid distinguuntur specie, scientia autem, ut sepe dixi duplex, est alia actualis, & est ille actualis assensus, quo assentimur conclusioni evidenter illata ex præmissis, alia vero est habitualis, & est habitus scientificus, qui per demonstrationem acquiritur.

Prima ergo sententia, affirms demonstracionem quia, & propter quid, de eadem conclusione generare scientiam actualem, & habitualem eiusdem speciei,

speciei, tenet Sotus, & plures alij, & fundamentum esse posse, quia actus distinguuntur per obiecta: sed demonstratio *quia*, & propter quid de eadem conclusione, habent eandem conclusionem pro obiecto, ut si quis demonstraret hominem, esse risibile demonstratione, *quia*, & propter quid conclusio, quæ infertur eadem est: ergo non distinguuntur specie.

Verum tamen, hac in re distinctione opus est. Vnde dico primo demonstratio, *quia*, & propter quid, generant scientiam actualem diuersam: ita, quod assensus scientificus, qui habetur per demonstrationem, propter quid, differat specie ab assensu, qui habetur per demonstrationem, *quia* de eadem conclusione: hanc sententiam tenet Amonius, primo de anima, textu II. & in hoc capite Magnus. Et ratione probatur, quia scientia, & opinio de eadem conclusione, proculdubio distinguuntur specie, quia quamvis habeant idem obiectum materiale, non tamen est idem formaliter, quia illa conclusio, prout colligitur per argumentum probabile est obiectum assensus opinionis, eadem vero, prout colligitur per evidentem demonstrationem, quia ratione scibilis est, est obiectum assensus scientificum: ergo similiter eadem conclusio materialiter, prout diuersimode colligitur, per-

diuersam demonstrationem, scilicet, *quia*, & propter quid, quia ratione habet diuersam rationem scibilis, erit diuersum obiectum formaliter: ergo, & ipsi assensus scientifici distinguuntur specie. Probo consequentiam, quia actus distinguuntur specie per obiecta formalia, non per materialia, ut supradictum est.

Et per hęc patet solutio ad fundamentum contrarie sententie, quamvis non sit eadem conclusio materialiter, quæ scitur per demonstrationem *quia*, & propter quid, non tamen eadem formaliter, & secundum eadem rationem formalem scibilis.

Dico tamen secundo demonstratio *quia*, & propter quid, quando versantur circa eandem, vel circa diuersam conclusionem, de eodem tamen obiecto adaequato, non causant diuersas scientias habituales. Sensus conclusionis est, quod idem habitus scientificus, qui est Philosophia, aut Metaphysica, potest habere demonstrationem, *quia*, & propter quid, circa eandem, vel circa diuersas conclusiones contentas, sub subiecto adaequato. Hanc conclusionem tenent authores primae sententie. Et probatur aperte ex Aristotele in hoc capite, ubi distinguit demonstrationem *quia*, & propter quid in eadē scientia: sentit ergo eandem demonstrationem pertinere posse, ad eundem habitum scienc-

scientificum. Et ratione probatur, quia ex contraria sententia sequitur, quod esset duplex Physica, & duplex Metaphysica, altera acquisita per demonstrationem quia, altera vero per demonstrationem propter quid, consequens autem absurdum est, ergo. Et ratio à priori huius est, quia ad eundem habitum, possunt pertinere plures actus diuersæ speciei, qua ratione eadem scientia de homine elicit diuersos actus, circa diuersas conclusiones contentas sub suo obiecto adæquato, ut quod homo sit risibilis, quod sit admiratus, &c. ergo non repugnat eundem habitum scientificum modo, vt demonstratione quia, modo vero demonstratione propter quid.

Sed contra obiecti posset; nam diuersæ scientiæ, postulant diuersos effectus, qua ratione homo, & equus producunt diuersos effectus: sed scientia habitualis, acquiritur per demonstrationem: ergo diuersæ demonstrationes, quales sunt *qua*, & *qua propter quid*, generant scientias diuersæ rationis.

Secundo nam scientia *qua*, & scientia *propter quid*, habent diuersam definitionem: ergo distinguuntur essentialiter. Antecedens probatur, quia in distinctione scientiæ adducta ab Aristotele cap. 2. scilicet, scire est rem per causam cognoscere, non comprehendetur scientia *qua*,

sed tantum propter quid, ut ante dicebam: nā scientia quia non est per causam, sed per effectum: ergo distinguuntur species.

Sed respondetur ad primum, quod actus non sunt causatiuocæ, sed æquiuocæ habitus, eo quod sunt diuersæ rationis ab illo, causæ autem æquiuocæ diuersæ, aliquando producunt effectum eiusdem rationis: qua ratione calor productus, à solo non differt specie à calore prodotto ab igne, squalia vtraque est causa æquiuocæ caloris, cū sit diuersæ rationis ab illo, sic etiā scientia acquisita per demonstrationem *qua*, & propter quid nō distinguuntur species.

Ad secundum verū esse, quod in illa definitione non comprehenditur scientia *qua*, nam dissimilitur scientia propter quid, ut sic, scilicet pro ut est accidentaliter diuersa à scientia *qua*, ex hoc autem, non probatur, non differre specie, nam si quis definiat hominem, ut albus est, qua ratione distinguitur ab homine nigro, illa dissimilitio, non poterit comprehendere hominem nigrum, cum hoc tamen absolute loquendo, homo albus, & niger, non differant specie, nisi reduplicatiæ, in quantum albus est, sic dicendum
est in nostro
casu,

Quæst. XI. Quæ sit natura demonstrationis propter quid.

O Stendimus autem in generali, demonstrationem quia, & propter quid essentialiter diuersas esse, nunc vero in particulari, de vtraque seorsum disputandum est. Et primo etiam circa demonstrationem, propter quid, dubitatur, an in illa medium semper sit definitio subiecti, vel potius definitio alicuius passionis.

In qua re prima sententia affirmat, quod, quando demonstratur secunda passio de subiecto, medium debet esse definitio primæ passionis, à qua secunda proxime oritur, non vero definitio subiecti, hanc sententiam tenet Egidius hoc loco, & fundamentum esse potest, quia demonstratio debet procedere ex immediatis: sed secunda passio immediate oritur ex prima, ex subiecto autem oritur veluti ex causa mediata, scilicet mediante prima passione v. g. in homine risibile proxime nascitur ex admiratio, quia illud supponit, ex homine vero oritur mediate, scilicet mediante admiratio: ergo quando demonstratur secunda passio de subiecto, medium debet esse definitio passionis, & non subiecti.

Veruntamen hic in re distinctione opus est. Vnde dico primo, quando demonstratur prima

passio de subiecto demonstratio ne propter quid, medium tunc debet esse definitio subiecti. In hac conclusione omnes, ut credo debet concurrens, quia prima passio non potest demonstrari à priori, nisi per essentiā, quæ explicatur per distinctionē subiecti: non vero per aliam passionem, quia ante primam passionē, non est dare aliam priorē: ergo quando demonstratur prima passio de subiecto, demonstratione propter quid, medium debet esse definitio subiecti, & non passionis.

Dico tamen secundo, quando demonstratur secunda, aut tertia passio de subiecto, in illa demonstratione, tamen potest esse medium definitio subiecti, quam primæ passionis, per quæ secunda, aut tertia demonstratur. Quæ conclusio duas habet partes. Prima est, quod in tali demonstratione possit esse medium definitio subiecti quæ tenet S. Thom. 2. lib. posteriorum lectione 7. & ibidem Caietanus, & plures alij. Et probatur aperte, quia risibile, ut sè p diximus, non est prima passio hominis, quia supponit admirationū, sicut ipse actus ridendi supponit admirationem alicuius nouitatis, cum hoc tamen risibile optime demonstratur demonstratione propter quid per definitiō nem subiecti: hoc modo: omne animal rationale est risibile. Omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis: quæ demonstratio est propter quid,

quia

quia procedit à causa conuertibili cum effectu nam animal rationale, quod est causa risibilis, conuertitur cum illo.

Secunda vero pars conclusio-
nis, nempe quod etiā in demon-
stratione propter quid, qua de-
monstramus secundam, aut ter-
tiam passionem de subiecto, me-
dium possit esse definitio primæ
passionis. Probatur ex Aristot.
2. lib. Posteriorum capit. 9. vbi
docet etiam distinctionem pas-
sionis, posse esse medium in de-
monstratione propter quid: Et
ratione probatur. Quia illa est
demonstratio propter quid, quæ
procedit à causa conuertibili cū
effectu: sed quando demonstra-
mus secundā passionem per de-
finitionem primæ, procedimus
à causa conuertibili cum effectu:
hoc modo omne animal aptum
admirari est risibile. Omnis ho-
mo est animal aptum admirari:
ergo omnis homo est risibilis.
Patet enim, quod in hac demon-
stratione definitio admiratiui,
quod est prior passio quam risi-
bile, est causa conuertibilis cum
ipso risibili: nam quicquid est ad-
miratiuum est risibile, & è con-
tra: ergo talis demonstratio, ve-
re, & proprie est propter quid.

Sed dubitabis, que nam sit
perfectior demonstratio, illa, qua
demonstramus secundam pas-
sionem, per definitionem pri-
mæ vel illa, qua demonstramus
secundam passionem, per defi-
nitionem essentialem subiecti.

Respondetur perfectiorem esse
illam, quæ procedit ex defini-
tione essentiali subiecti: nam cū
essentia sit prior omni passione,
demonstratio, quæ procedit per
distinctionem essentialem, est
magis à priori, quam illa quæ
procedit per definitionem pri-
mæ passionis, & ita est perfectior
demonstratio propter quid, vtrā
que tamen in rigore est vera de-
monstratio propter quid, licet
una sit perfectior alia.

Vnde ad fundamentum Ægi-
dij respondeatur, quod cum di-
citur quod demonstratio pro-
pter quid, debet procedere ex
immediatis, non est sensus, id
est, ex causa immediata effectus:
nam etiam potest procedere ex
causa remota, dum modo sit co-
uertibilis cum effectu: quali-
ter animal rationale, quod est
causa remota risibilis conuer-
titur cum ipso, sed sensus est,
quod debet procedere ex pro-
positionibus in demonstrabili-
bus: nam ut supra dicebam, id
est, immediatum, quod caret
medio, quo demonstretur, &
hoc modo omnis demonstratio
habet procedere ex immediatis,
vel formaliter, vel virtualiter, ut
supra explicui nus.

Dubitari potest secundo in hac
questione. Vtrum demonstratio
propter quid, debet procedere
ex causa adæquata conuertibili
cū suo effectu: nā quod non semper
debet procedere, ex causa
proxima & immediata, iā dixim⁹

Pro cuius explicatione notandum est ex Caiet. hoc loco, quod conuertibilitas inter causam, & effectum, est duplex: alia est secundum prædicationem, & est quod valeat consequentia, ab uno ad aliud, & è contra qualiter homo est causa risibilis, & valet consequentia, ab uno ad aliud, & è contra. Alia est conuertibilitas secundum causalitatem, & est quod effectus nō possit esse, nisi ab illa causa, & causa non possit esse nisi statim sequatur ille effectus, qualiter etiā se habet, homo, & risibile: quia non potest esse risibilitas, quin causetur ab essentiā hominis, nec potest esse essētia hominis, quin statim producatur risibilitas, saltem de potentia Dei ordinaria, & hinc patet non esse idem causam aliquam esse adæquatam, & esse conuertibilem cum suo effectu: nam calor ignis est causa sufficiens, & adæquata ad secundum calorem, non est tamē conuertibilis cum illo, quia etiā calor, potest produci à sole.

His suppositis dicendum est in hac difficultate, demonstrationē propter quid procedere posse à causa proxima in adæquata, tamē hanc conclusionē, docet in hoc capite Aristot. dicens, passionē posse demonstrari per diuersas causas, sed quando aliquis effectus habet pluras causas, quælibet appellatur in presentia inadæquata, quia effectus potest provenire ab alia, hoc enim intelligi

gimus modo per causam inadæquatam: ergo demonstratio propter quid, ex sententia Arist. nō solum potest procedere ex causa adæquata, sed etiā ex causa in adæquata, & ita inquit Aristot. Medicina ex principiis petitis à Geometria, probat demonstratio ne propter quid, vulnus circulare tardius sanari, quā nulnus habens cisoram longā, quia latera figure circularis, plus distat, quā laetiora figure angularis, atq; adeò tardius curantur: sed hæc causa inadæquata est respectu tardie sanitaris: nam vulnus tarde curari, ex multis aliis causis prouenire potest: ergo demonstratio propter quid procedere potest à causa inadæquata. Et ratio est, quia per demonstrationē propter quid cognoscimus effectū esse propter suā causam, & ideo propter quid appellatur: ergo quādē causa proxima est sufficiens, non tamen adæquata sufficienter probatur, effectū esse propter illam causam: ergo est demonstratio propter quid.

Dico tamē secundo demonstratio procedēs à causa remota nō est demonstratio propter quid, sed quia: hanc conclusionē docuit expresse Arist. in hoc capit. dicens, quod demonstratio, qua probatur parietem nō respirare, quis nō est animal, esse, Quia, & nō propter quid: nā procedit à causa remota, nā esse animal est causa remota respirationis, proxima est habere pulmonē, ita nō esse

esse animal, tantū est causa remota non respirandi, proxima vero est, nō habere pulmonē, & ratio est, quia per demonstrationem ipsam, propter quid nos scimus causam propriā rei, causa autē propria non est causa remota: v. g. causa propria respirationis non est, esse animal, sed habere pulmonē, & ita demonstratio procedens à causa remota, nō est demonstrationis propter quid, quia non indicat causam propriā rei, quod secus est in causa proxima in adæquata, tamen illa non est propria causa: qualiter figura rotunda, est causa propria tardæ sanitatis, inadæquata tamē, vt dixi.

Est tamen aduertendū, nos in præsentia nō appellare causam remotā, illam, quæ est mediata, qualiter animal rationale, est causa remota risibilis, scilicet, medio admiratio: nā ab huiusmodi causam remota potest procedere demonstratio propter quid, quia est cōuertibilis cū effectu, & causa propria illius, & ita procul dubio, hęc est demonstratio propter quid. Omne animal rationale est risibile. Omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis, quāuis animal rationale sit causa media tarisibilis: appellatur ergo causa remota illa, quæ non est propria causa effectus, & cōuertibilis cū illo, qualis est animal respectu respirationis, quia esse animal nō conuertitur cum respire, vt dimicimus de piscibus.

Tertio dubitari solet, an demonstratio quā, procedens à causa remota tantū possit fieri in prima figura. Quæ difficultas ad summulas pertinet potius, quam ad Logicam, & profecto parum utilis est ideo de ea nihil dicam legantur Masius, & Caietanus.

Solū ergo in hac quæstione ad uertēdū est, demonstrationē propter quid nō esse vnā propter species infimā, sed habere plures species, iuxta diuersas cōclusiones, quas demonstrat. Rursus inter demonstrationes propter quid, quæ dā sunt, quæ supponunt effectū esse, & deinde causam, demonstrant, vt quādo iam visa eclypsi demonstramus causam illius: aliæ sunt, quæ simul probant effectū & causam à qua oritur, vt quādo demonstramus à priori futuram esse eclypsim ex talibus causis.

Tandem aduertendū est, nō solū passiones, sed definitionē etiā essentialē posse de diffinito demonstrari demonstratione propter quid, per aliud genus causæ, vt supra adnotauī: nā hęc diffinitio domus est quoddā cōpositū ex fundamento parietibus, & tecto integratū essentialis est, cum de essentia domus sit ex his cōponi hęc tñ diffinitio essentialis probari potest per genus causæ finalis, hoc modo, domus ordinatur ad conseruandā vitā, & illā à contrariis descendendā: ergo debet esse cōposita ex fundamento, & tecto integratam. Nec mirum est, quia, id quod est prius in

vno genere, potest esse poste-
rius in alio.

*Quæstio. X. II. Que sit
natura demonstrationis,
quia.*

Circa hanc quæstionem, primo inquiri solet. Vtrum demonstratio, *qua* sit argumentum topicum, & probabile, vel potius sit argumentum necessarium. In merito in quæstionem adducitur: nam possibile est argumentum demonstrativum, non esse certum, & necessarium, alias non esset demonstratio: nam in quæstione 10. dicebam hoc significat nomen *demonstratio*, & ita nisi nominibus abutamur quæstio, sane est ridicula: nam id quod per demonstrationem *qua*, probatur certo, & evidenter probatur. Nec placet, quod alij dicunt, quod demonstratio *qua*, est argumentum necessarium, quantum ad quæstionem, an sit, id est evidenter, probat causam esse per effectum, tamen quantum ad quæstionem quid sit, est argumentum Topicum, & probabile, id est, quod non probat, certo, & evidenter quid sit causa. Hoc inquam non placet: quia quædam sunt demonstrationes *qua*, quæ tantum probat, an sint causæ, nihil verò dicunt de quæstione quid sint, ut quando ex effectibus colligimus à posteriori, esse unam primam causam, ubi-

tantum probatur quæstio, an sic certa, & evidens, de quæstione verò quid sint, nihil probatur: aliæ verò sunt demonstrationes *qua*, quæ probant quid sit causa à posteriori, & per effectum, ut quando probamus hominem esse animal rationale, quia est visibilis, tunc enim per demonstrationem, *qua* evidenter probatur, quid sit homo, & non tantum probabilitate.

Et si dicas, an sit, & quid sit, sunt præcognitiones: ergo non probantur in demonstratione. Respondeatur tamen, quod quævis de subiecto aliquando præcognoscatur, an sit, & quid sit, non tamen semper, de quo videantur supradicta cap. 1. quæstione 4.

Secundo dubitari potest, an demonstratio *qua*, procedens à causa remota sit perfectior, quæ demonstratio *qua*, procedens ab effectu, in quo dicendum est cù Masio in hoc capite, demonstrationem *qua*, ab effectu procedentem esse perfectiorem, illa, quæ procedit à causa remota. Cuius ratio est, quia causa non potest melius cognosci, quam per suū effectum propriū, & ad eam, effectus autē longe melius cognoscitur per causam proximā, & ad eam, quam per causam remotam: sed demonstratio *qua*, procedens ab effectu, probat effectū per suam causam secundā, & ad eam, demonstratio vero procedens à causa remota, probat

probat effectum per causam remittitam: ergo demonstratio, quia procedens ab effectu est perfectior illa, quæ procedit à causa remota.

Eti obijcias: nam demonstratio à priori perfectior est de monstratione à posteriori: sed demonstratio à causa remota est à priori, quia causa prior est suo effectu, & demonstratio ab effectu est demonstratio à posteriori: ergo perfectior est demonstratio procedens à causa remota.

Respondetur quod illa demonstratio est à priori, quæ procedit à causa adæquata, & conuertibili cum suo effectu, non autem illa, quæ procedit à causa remota, quia ut probatum est per effectus potest melius cognosci, quam per causam remotam, causa vero non potest melius cognosci, quam per effectu proprium conuertibilem cum causa.

Tertiò dubitari potest, quæ sint illa, quæ per demonstracionem, quia, probari possunt: supponimus autem doctrinam supra traditam, nempe, quod demonstratio, tantum eis de ne-

necessarijs aliquo ex modis supra relatis, & ita de re mere genti nulla demonstratio, nec scientia haberi potest, nisi quantum ad aliquid, quod in ea necessarium sit.

Quo supposito dicendum est in primis omnes passiones probari posse à posteriori per demonstrationem quia. Ratio est, quia passio prior potest à posteriori probari per passionem posteriorē, ut risibile per admirativum. Ultima vero passio, licet non habeat aliam posteriorem per quam probetur, potest tamen probari à posteriori per suum actuum, nam bene valet. Homo ridet: ergo homo est risibilis. Addo præterea definitiōnem essentialē probari posse, etiam à posteriori, ut quod homo sit animal rationale, quia est risibilis.

Tandem aduertendum est demonstrationem, quia, non esse speciem infinitam, sed subalternam: nam demonstratio, quia, multiplex est secundum diuersas conclusiones, quas demonstrat, & hæc de hoc capite.

(3.)





CAP. VIGESSIMVM SEXTUM.

Ntentum Aristoto. in hoc capite est assignare discrimen, quod versatur inter scientiam & opinionem: tria agit in hoc capite. Primo alisignat discrimen, quod versatur in ter illis, in secunda parte soluit quasdam dubitationes: in tercia excusat se, quare latius hic non disputet de his habitibus intellectu libus.

Primo ergo inquit Aristot. maxime differre inter sciētiā & opinionem, primo nam sciētia versatur circa necessaria, & per medium necessaria, opinio vero versatur circa res contingentes, quæ aliter ehenitē possunt, & non per medium necessariū, quod probat: nam de re contingentī, cognitio aliqua haberi potest, illa autem non est sciētia, quia sciētia est de necessarijs, & quæ aliter se habere non possunt, neque etiam talis cognitio pertinet ad habitum primorum principiorum, quia appellatur intellectus: nam etiam hæc cognitio inquit Aristotel. est de obiecto necessario: ergo talis cognitio contingentium debet expectare ad aliū habitum, qui vocatur opinio: ergo opinio maxime differt à sciētia

& habitu principiorum. Verum est inquit Arist. quod sicut conclusio necessaria reducitur ad principia necessaria, ita conclusio probabilis reducitur ad principia probabilitia.

Vnde definit opinionē, dices opinio est existimatio propositionis immediata, non necessaria. Secundo differunt, sciētia & opinio, nam obiectū opinionis est res in certa, obiectū vero sciētiae res certa est, quia sciētia est de necessarijs.

Tertio differunt, na illæ qui habet sciētia existimat se scire rē, quæ aliter se habere non pot, ille vero qui habet opinionē nō existimat se scire rem, quæ non possit aliter se habere.

In secunda parte cap. mouet Arist. duas dubitationes, & illas disoluit prima est nā sciētia, & opinio possunt esse de vna & eadē re, & etiā in opinione resolvimus cōclusionē usque ad sua prima principia probabilitia: ergo non distinguuntur sciētia, & opinio, respōdet quod tria re quiruntur ad verā rationē sciētiae, scilicet, quod obiectū sit necessariū, & qd existimetur necessariū, & qd habeatur per medium necessariū, & ita inquit, qui reducit conclusionē ad sua principia

pia necessaria, habet scientiam, qui vero reducit conclusionem ad principia tantum probabilia non habet scientiam, sed opinionem.

Secunda dubitatio est utrum scientia & opinio possint esse de eadē re. Ad q̄ respōdet Arist. de eadē re secundū d̄ uertas cōclusiones illius, pōt aliquis habere scientiā, & opinionē, vt de quantitate habet quis scientiam, quod sit accidens, habet vero opinione quod distinguitur, à re quanta, tamen de eadē conclusione non potest habere scientiā, & opinionē simul, q̄ colligit ex dictis, nam scientia est de necessarijs, opinio vero de contingentib⁹, repugnat autē idē esse necessarium, & cōtingens.

In tertia parte cap. excusat se Aristot. quare de his habitibus spiritualibus non latius disputet, dicens causam esse, quia tātum agit de scientia prout est finis demonstrationis, de qua per se hic agit, tractare vero ex professō de scientia pertinet ad philosophum naturalem de sapientia ad meth. de prudentia vero ad Philosophiam moralem.

Circa litera.

IN hoc capite late nobis disputandum est de scientia nā ut optime in ultimis verbis hujus capituli docuit Arist. scientia est finis ad quem ordinatur demonstratio, & ita ad logicum

qui agit de demonstracione, pertinet etiam sub hac consideratione agere de scientia. Ad Metaphilicū vero pertinet agere de scientia in cōmuni, prout comprehendit scientiam humanam Angelicam, & diuinam, de quibus subiectis separatis, agit Metaphysicus, ad philosophum vero pertinet agere de scientia humana, in quantum acquititur per operationem naturalē, quae est actus intellectus.

Disputatio vntica circa hoc caput de scientia & opinione.

Quæstio. I. Quid sit scientia.



Cientia igitur ut nominis ethymologia exordiamur varias habet significaciones: nam primo sumitur pro quacunque cognitione certa, etiā si evidens non sit. In quo Diuus Aug. lib. 1. de libero arbitrio, ait, quod id scimus quod certo cognoscimus, & hoc modo cognitione quam per fidem, aut prophetiam quis habet scientia dici pōt. lata huius vocabuli significacione, qua ratione Iob ait, Scio quod Redemptor meus vivit. Neque in praesentia agimus de hoc genere scientiæ, cū extēdat se ad cognitionem fidei diuine &

& propheticam. Secundo ergo sumitus scientia pro cognitio-ne clara, & evidenti, & hæc est duplex, alia quæ habetur ex sola apprehensione terminorū, abs que discursu aliquo, qualis est cognitio primorum principiorū, ut quod ibet est vel non est: alia vero, quæ habetur per discursum, & demonstratio-nem, & est qua assentimur con-clusionibus, certo & evidenter per discursum, eas ex principijs certis inferendo, & de hac lo-quimur in præsentia, quia hæc scientia est finis ad quem ordi-natur demonstratio.

Et per hæc patet, hic, non esse sermonem de scientia An-gelorū, aut diuina, quia istæ non requiruntur per discursum, Angeii enim & Deus, ut supra dicebam non discurrunt, sed v-nico intuitu cognoscunt principia & conclusiones.

Sciētia ergo definitur ab Aris. c. 2. huius lib. scire est rē per cau-sam cognoscere & q̄ illius est causa id est q̄ non contingit ali-ter se habere, cuius definitionis sensus est scire est cognoscere rem aliquam per suam causam cognoscendū illam esse causam illius effectus, & quod hoc non contingit aliter se habere, quā definitionem usque ad hunc lo-cum ubi de scientia ex professo agitur examinandam reliqui mus: in qua definitione, per au-sam, differt scientia à cognitio-ne principiorū, hæc enim nō

est cognitio rei per causam, sed ex sola terminorum aprehēsio-ne: per illam vero particulam, Et quod non contingit aliter se habere, explicatur quod debet esse cognitio certa, & infallibilis, & ita distinguitur sciētia perhanc particulam ab opinione, quia quāuis in opinione cognosca-mus cōclusionem, per sua prin-cipia probabilita, quæ sunt cau-sa conclusionis, non tamen cer-to, sed probabiliter, distin-guitur etiam ab errore qui prorsus incertus & falsus est.

Secundo, circa eandem parti-culam aduertendum est, quod ad scientiam requiritur, quod sit per causam necessariam, quæ non contingat aliter se habere, id est, quæ necessario sit causa illius, non tamen requiritur om-nimodo necessitas, sed satis est quod sit causa necessario secun-dum naturam id est, quod per naturam non possit impedi-ri, quale est ignem calefacere, vel necessario, ut in plurimum, ut quod pluvia sit in hyēme, quia ex hoc ut supra dicebam, optime colligitur certo, & evidenter hæc conclusio, quod in hyēme, futuram esse pluviām, sit, ut in plurimum necessariū.

Tertiò aduertendum est, quod scientia est duplex alia enī m̄ est scientia, quia, quæ habet-ur per demonstrationem, quia, alia vero est scientia propter quid, quæ habetur per demons-trationem, propter quid, cer-tum

tum ergo est hic non definiri: scientia quia: nam hæc non habetur per causam, sed per effectum, sicut demonstratio; quia, non habet procedere à causa, sed ab effectu, definiuit autem Aristoteles tantum scientiam Propter quid, quis hæc est potissima scientia?

Sed iursus hæc scientiadu
plex est: alia actualis, & est ille actus, quo certo & euidenter assentimur conclusioni propter suaprincipia: alia vero habitualis, & est quidam habitus acquisitus ex vi demonstrationis, quo conclusionem habitualiter sci-
mus.

Dubium ergo est, quæ nam scientia ex his definiatur in hac definitione, & respondetur cui libet scientiæ posse hanc definitionem accommodari: nam scientia actualis est cognitio actualis rei per causam, scientia vero habitualis est cognitio habitualis ipsius rei per causam, & ita utriusque scientiæ potest hæc definitio accommodari.

Tandem ex dictis colligo hanc definitionem essentiale esse, quia essentiale est scientiæ, quod sit cognitio rei per causam necessariam conclusiois, quia scientia essentiæ ter ha-
bet esse certam, vt di-
cam quæstionem
sequentem.
(?)

*Quæstio. II. Vtrum certitu-
do euidentia & veritas
sunt de essentia scien-
tiæ.*

Suppono primo in hac re certitudinem, euidentiam, & ve-
ritatem non esse idem, vt su-
pratextum est: nam in primis
potest aliquis actus esse verus,
non tamen certus & euidens, vt
patet de actu opinionis, quia op-
pinio potest esse vera non tam
est certa & euidens, quia habe-
tur per medium probabile, at-
que adeò nec certum & euidens.
Similiter actus fidei diuinæ est
certus, quia fidei diuinæ nō po-
test sub esse falsum, non tamen
est euidens, quipotius est obs-
cura fides, quia fides est crede-
re quod non vides, & ita euidé-
tia addit' ultra certitudinem,
& veritatem quandam claritatē
quia veritas obiecti clare mani-
festatur, certitudo vero est qua-
dam firmitas, quia ita intellectus
firmiter assentitur a'icui propo-
sitioni, vt nullam habeat formi-
dinem, nec dubitationem, hæc
autem firmitas, quæ est in acti-
bus intellectus duplex est: alia
proueniens ex argumento, &
motu quo intellectus conuin-
citur, vt hinciter ad hæc t' illi
propositioni: alia vero est firmi-
tas proueniens ex affectu volun-
tatis: nam s' p' voluntas ex affec-
tu quem habet ad rem aliquā
mouet intellectum, vt consider-

re, quæ iuvat ad assensum illius rei, et mouet vero non consideret, quæ iubare possunt, ut dissentiat, & hæc firmitas appellatur pertinacia, quia intellectus firmius adhæret errori, quam veritati quæ firmitas seu pertinacia non potest vocari certitudo: nam actus erroris potest habere hanc pertinaciam, & firmitatem, qui tamen non est certus, sed propterea falsum: solum ergo certitudo quæ prouenit a motu, & argumento evidenti, quo intellectus conuincitur est quæ conuenit scientiæ.

Secundo aduertendum est falsam esse eorum sententiam, qui existimant certitudinem esse aliquid super additum essentiae ipsius actus scientifici. Ratio est, quia assensus scientificus ex sua essentia est quidam assensus causatus ex argumento evidenti: ergo est quidam assensus absque aliqua dubitatione, & formidine hanc enim propterea collit argumentum evidens: ergo actus scientificus ex sua essentia est certus & firmus: ergo certitudo non est aliquid super additum essentiae actus scientifici.

Vnde dico primo in hac questione certitudinem esse de essentia scientiæ: patet nam probatum est esse ipsam essentiam scientiæ, & non aliquid illi superadditum. Majorē ergo habet difficultatem, an evidentiæ quæ est quædam claritas sit de essen-

tia scientiæ. In qua re prima sententia affirmat, euidētiā nō esse de essentia scientiæ absolute loquendo. Hanc sententiā tenet Caiet.lib.12.de locis Theologicis cap.2. Sot^o & Masius in hoc cap. & fundamentū est primo, quia Theologia est vera sciētia imo omniū præstantissima, hęc tamen non est euidens & clara, quia procedit ex principijs fidei diuinæ, quæ obscura sunt ergo claritas non est de essentia, scientiæ, & eodē argumēto probari potest non esse de essentia demonstrationis.

Pro quo aduertendū est q̄ argumentū Theologicū procedit, vel ex duabus propositionibus de fide inferendo conclusionē vel saltē ex una de fide, & alia lumine naturali nota v.g. ad probandum, q̄ in Christo fuit duplex voluntas, alia humana, alia diuina possumus, vt̄ hoc argumento: vbi sunt duas naturas integræ debent esse eius potentias: sed in Christo fuit duplex natura humana scilicet & diuina: ergo in Christo fuit duplex voluntas humana & diuina, in quo argumento maior est nota lumine naturali, minor vero est de fide, & ita conclusio sequitur certa, obscuratū, quia cū minor sit de fide & obscura, conclusio autē se quitur debiliore partem, vnde argumentū fieri potest: nā argumētū Theologicū est certū: ergo nō est sofisticum, neq; topicū, aut probabile: ergo est demonstratiuum:

uum: ergo claritas, seu evidētia non est de ratione demonstratio-
nis, sed demonstratio generat scientiam: ergo evidētia seu cla-
ritas non est de essentia scien-
tiæ.

Secundo, quia in diffinitio-
ne scientiæ supra tradita nulla
sit mentio claritatis scilicet, sci-
re est rem per causam cognos-
cere, & quod illius est causa, &
quod non contingit aliter se ha-
bere.

Tertio; quia essentia nō reci-
pit magis & minus, sed potius
cōsistit in indiuisibili, sed inter
actus intellect⁹, quidā sunt ma-
gis certi, & magis evidētes, quā
alij: ergo evidētia & certitudo
non est de ratione scientiæ.

Quarto arguit M. isius ad probandū, q̄ saltē scientia subalter-
na, non sit evidens: nā scientia
subalternata supponit principia
scientiæ subalternantis, idto e-
nīm appellatur subalternata,
quia ab alia recipit principia, &
ita scientia subalternata credit
perfide illa principia, quę à sci-
entiā subalternante evidenter pro-
bantur: ergo conclusio illata ex
his principijs creditis obscura
est, quia act⁹ fidei, quo illa prin-
cipia creduntur obscurus est: nā
fides est credere, q̄ non vides,
conclusio autem sequitur debi-
liore in partem: ergo accidētia
non est de ratione saltē scientiæ
subalternata.

Vlti: no quia fides diuina & sci-
entia habent eandē certitudinem

veraq; enim prorsus est certa-
sed fides diuina & scientia dis-
tinguuntur essentialiter: ergo
certitudo non est de essentiā
scientiæ.

Contraria tū sententia nobis
tenenda est, scilicet evidētia
esse de ratione, & essentia om-
nis scientiæ naturalis, dico autē
naturalis, nā de Theologia, quę
est scientia supernaturalis, dicā
infra in solutione primi. Senten-
tiā han possumus colligere ex
Arist. supra cap. 2. vbi dicimus,
demonstrationē, quae scientiā ac
quirimus debere procedere ex
immediatis, q̄ vt ibi explicui-
mus intelligendum est formaliter,
vel virtualiter, idest, debet
procedere ex propositionibus,
quę formaliter sint immediatę
& inde monstrabiles, vel dedu-
cantur ex illis, sed etiā proposi-
tiones, quę deducuntur exprimis
& immediatis sunt evidētes: er-
go cōclusiones, quę ex illis in-
ferūtur sunt etiā evidētes: ergo
scientiæ, quę de illis habetur es-
sentialiter est evidens, eadē sen-
tētia tenet S. Tho. I. 2. q. 67. ar. 3.
in corpore, vbi dicit, de ratione
scientiæ esse, q̄ fiat cū visione, id
est, cū claritate, &c. 2. q. 1. art. 5.
ex eo probat, idē nō posse simul
credi & sciri, quia de ratione fi-
dei est obscuritas, & evidētia
de ratione scientiæ: quę duo sūt
opposita. Tenet etiam Scotus
q. 3. prologi sentiarum questio-
ne, 5. & ibidem masor Gabriel,
questio, 5. & ratione probatur,
quia

quia in scientia essentiale est, quod principia cognoscantur evidenter: ergo essentiale est, quod conclusio inde illata euidenter cognoscatur, atq; adēo, scientia essentialiter est euidentis. Probatur antecedēs, quia principia in demonstratione debet cognosci certō, ut cōclusio inde illata certa sit, & ita nō possunt cognosci per fidem humānam, quia hēc falibilis est: nā testimonium humanum, cui innititur falibile est. Preterea nō possunt cognosci per fidem diuinam, quia quamvis hēc sit certa, conclusio illata ex principijs cognitis per fidem potius pertinet ad Theologiam, quæ est scientia supernaturalis quā ad scientiam naturalem, de qua hic loquimur: ergo principia tātum possunt in scientia aliqua certo cognosci per discursum certum, & euidentem, vel ex sola apprehensione terminorum, & utroque modo cognoscitur euidenter: ergo conclusio ex illis illata essentialiter debet certo & euidenter cognosci: ergo euidentia, seu claritas est de scientiā scientiæ naturalis.

Vnde ad fundamentum cōtrariæ sententiæ respondetur ad primum verum esse Theologiam esse scientiam, est tamen supernaturalis, quia innititur principijs supernaturalibus fidei, appellatur autem scientia, quia habetur per discursū Theologicum certum, et si non eu-

denter admodum, quo scientiā naturalis producens ex principijs naturē de qua Aristotel. & Philosophi locuntur, & ita non est euidentis, sed obscuris, quia innititur principijs fidei, quæ per fidem obscure cognoscuntur, quod vero Theologia sit absolute loquendo appellanda sciētia, quanuis non sit euidentis, docuit Diuus Paulus, secundo ad Chorinthios & octauo dicens ut sitis in omnibus abundantes fide, sermone, & scientia, vbi, nomine, scientia. ut sancti expoununt intelligitur scientia super naturalis, quæ est Theologia, & ita D. Augustinus primo lib. retractionum cap. 14. & libr. 14. de Trinitate cap. 1. & 2. illā appellat scientiam.

Ad aliud de argumēto Theologico respondetur, quod quāuis sit certum, non tamen est demonstratio, quia demonstratio, ut supra dicebam ex vi significatiōnis vocis, significat argumentum nō solum certum, sed euidentis & clarum, ita ut rē clare ostendat, & ita quanuis argumentum Theologicum sit certum, non tamen est demonstratio.

Ad secundum respōdetur, quod per illam particulam posītam in definitione scientiæ, scilicet, & quod non contingit alter se habere significatur, scientiam, debere esse certam, in naturalibus autem nunquam separatur certitudo ab euidentiis, quanuis

quauis separetur insuper naturalibus, ut in fide diuina & Theologia, & ita ibi virtualiter facta est mentio de euidentia.

Ad tertium s̄pē diximus, ex eo essentias consistere in indiuisibili, quia quantum ad numerum prædicatorum essentia lium non possunt recipere magis & minus: nam si homini addas, vel ab eo auferas aliquod prædicatum essentiale, non manet homo, cum hoc tamen absolute loquendo res recipiunt magis & minus, & ita est vna certitudo maior alia.

Ad quartum dico, etiam scientiam subalternatam esse euidentem, quia quauis nō probet sua principia à priori, quia hoc expectat ad scientiam subalternantem, vt postea dicam, tamen probat illa principia, & ea cognoscit per inductionem, & aposteriori, & ita habet euidentiam illorum, & non fidem, ac per consequens conclusio inde illata euidenter scitur per scientiam subalternatam.

Ad quintum, quod certitudo fidei diuinæ diuersa est secundum speciem à certitudine scientiæ, quia altera habetur per discursum, altera vero minime, sed ex testimonio Dei dicentis & ita habetur per discursum medium.

Vitima difficultas hoc loco examinanda est, utrum veritas sit de essentia scientiæ. In qua re prima sententia affirmat

veritatem esse de essentia scientiæ, tenet Albertus in hoc capite, & Conrradus prima secundæ quæstione. 19 artic. 1. & alij dicunt veritatem esse accidentalem scientiæ. Tenet Caietanus, prima secundæ quæstione. 19 artic. 1. Sotus in hoc capite, & plures alij.

Verumtamen, in hac difficultate dico primo, veritas non est prædicatum essentiale, conueniens scientiæ, intra suam essentiam. Ratio est, quia prædicta essentia lìa rei, intenduntur, & remittuntur si res ipsa intensibilis, & remissibilis sit, vt diximus capite de differentia, nam intensa albedine, intenditur color, & hic color: sed ex eo quod unus actus scientiæ sit int̄elius alio, & fiat maiori conatu, nō est verior alio, quia demonstratio conuincēs intellectum ad vitrum que actum, potest esse æqualeiter certa & vera, & cum hoc potest intellectus apponere in uno actu scientifico maiorem conatum, & intensiōne m̄ quam in alio: ergo veritas non est de essentia scientiæ.

Dico secundo, veritas non est prædicatum mere accidentale scientiæ, sed potius veritas conuenit omni scientiæ, tanquam passio consequens essentiam huius sit scientia naturalis, siue supernaturalis, vt Theologia. Hanc conclusionem probant optime authores primæ sententiæ, quia si veritas esset

mere accidentalis scientiæ, non solum posset intelligi scientia sine veritate, sed cum opposito scilicet cum falsitate, quod tamen est absurdum, sicut quia nigratio est accidentis respectu corporis, non solum potest intelligi corporibus sine nigredine, sed etiam cum albedine illi opposita. Dicendum ergo est veritatem, neque esse essentialiem, neque mere accidentalem scientiæ, sed passionem consequentem eius essentiam, & ita quævis abstractione precisiua possit intelligi scientia, sine veritate, ut homo sine ratiabilitate, tam non potest intelligi cum opposita qualitate.

Sub obiectis, propria passio conuenit soli: sed veritas conuenit alijs præter scientiam: nam opinio aliquando est vera: similiter fides diuina est vera: ergo veritas non est de essentia scientiæ. Respôdetur quod non reperitur in his omnibus eadem veritas secundum speciem, sed potius diuersa: nam sumitur ex diuersis principijs, & causis, veritas enim fidei diuina fundatur in testimonio Dei dicentis: veritas vero scientiæ fundatur in discurso, & demonstratione certa & evidenti, & ita non reperitur in fide aut opinione eadem veritas secundum speciem, quæ reperitur in scientia, sed alia longe diuersa, & hæc de hac questione.

Ques. III. Quale obiectum requiratur ad scientiam.

Hac in re distinguamus objectum & subiectum eius: nā hæc duo maxime diuersa sunt ut dicebam in proœmio logicæ, ut optime vidi Soscinas. 6. m. th. quæstione. 13. Primo nam illud appellatur obiectum, quod objicitur considerandum, ut scientia de homine considerat eius passiones: & proprietates, ipse vero appellatur subiectum, quia de illo demonstrat passiones, & conclusiones, itaque obiectum scientiæ sunt conclusiones, quæ demonstrantur: illud vero de quo, illæ conclusiones demonstrantur appellatur subiectum quia est subiectum in quo passiones illæ demonstrantur sunt.

Secundo nā ut loco allegato obiectum latius patet, quæ subiectum: nā color appellatur obiectum potentia visiva, nō tamen appellatur subiectum, & ita nomen hoc subiectum solū habet locum in scientijs, ubi demonstrantur passiones desubiecto aliquo.

Secundo aduertendum est, quod in scientia triplex obiectum distingui potest, scilicet materiale, & est res ipsa materialis quæ consideratur in illa aliud vero est formale & hoc distinguiscolet informale & formale quo obiectum formale, quod appellatur ratio illa formalis quæ de re aliqua consideratur, quod alij appellant rationem quæ, obiectum

Etum vero formale quo appella-
tur ratio subqua illud conside-
ratur, tamen absolute loquendo
objecatum formale quod minus
propriè appellatur objecatum for-
male: cuius ratio est, quia objec-
tum formale absolute loquen-
do appellatur illud quod tribuit
speciem tali scientiæ: nam sem-
per species sumitur à forma rei:
objecatum autem formale, quod
non tribuit speciem, quia eadē
ratio formalis rei sub diuersa
consideratione potest pertine-
re ad diuersos habitus: nā si cog-
noscatur per medium probabi-
le pertinet ad habitū opinionis
si vero cognoscatur per mediū
insalibile pertinet ad habitū scie-
tiæ: solū ergo objecatum forma-
le quo, seu ratio sub qua, est quod
absolute appellatū est objecatum
formale, quia ab huiusmodi ra-
tione sub qua sumitur species,
& distinctio inter scientias.

Tertio supponendum est
objecatum formale quod, in sci-
entiæ esse illas conclusiones, quas
de suo objecto demonstrat.
Ratio est, quia objecatum forma-
le quod, est illa ratio formalis,
quaz consideratur in scientia: sed
conclusiones sunt quædam ra-
tiones, quæ de subiecto ipso
cognoscuntur, & probantur: ergo
illæ conclusiones sunt objecatum
formale quod in scientia: nāis
ergo dubium est, quod sit obie-
ctum formale quo se proprie tamē
suppono subiectum scientiæ al-
se maxime diuersū ab objec-
to

formali quod, & quo, &c.

In quare plures alij assentunt
objecatum formale quo in scien-
tijs, seu ratio sub qua, esse ab-
stractionem a materia ipsius ob-
iecti, quod scientia considerat
cuius sententia principius au-
tor est Cajetanus i. parte quest.
I. artic. 7. & fundamentum est
quia per abstractionem à mate-
ria corporeâ res sunt minus ma-
teriales, & ita sunt intelligibili-
les; quia sunt proportionatae
intellectui, qui est potentia sp*irit*ualis.

Hæc tamen sententia falsa est
quia quamvis ad intelligendum
objecatum requiratur species in-
telligibilis, producta ab intelle-
ctu agenti, qua, talis res intel-
ligatur, tamen ex parte ipsius
rei intellectæ potius requiritur
quod sit materialis, & sensibilis
vt sit proportionata nostro mo-
do cognoscendi hac enim ratio-
ne, quanto aliquod objecatum
magis materiale & sensibile est,
melius percipitur à nostro intel-
lectu, imo Angelos qui in se sp*irit*u
rituales sunt, intelligimus per
modū rei materialis: ergo talis
abstraction à materia nequaquam
est ratio subqua in scientijs, quia
potius materialis actio, vt ita
dicam iurat ad cognitionem
quam abstraction à materia. Et
ratio à priori est: quia cum
anima rationalis pro hoc sta-
ta, in quo eit corpori unita
sit immersa corpori, & opera-
tiones intellectuæ eius sunt

dependenter à sensibus, & fantasmatibus, quanto obiectum a liquido magis materiale est, & sensibile, est magis proportionatum modo cognoscendi illius.

Ad fundamentum autem contrariæ sententiæ responderetur quod inter obiectum, & potentiam intellectuam non requiritur proportio in ratione entis, ita quod virumque debet esse aliquomodo spirituale, alias Angeli, & Deus quorum intellectus spiritualis est, non intelligentes materiales perfecte, & ut sunt in se, quia in se sunt materiales: solum ergo requiritur proportio in ratione cognoscitiae, & cognoscibilis, id est, quod intellectus habeat actuitatem ad cognoscendum illud obiectum ipsum vel obiectum in se sit cognoscibile ab illa potentia, & hoc requiritur inter res materiales & nostrum intellectum.

Dicendum ergo est in hac re, obiectum formale quo separationem sub qua in scientia esse principia illa per quam demonstratur conclusio. Hanc sententiam tenet Sanctus Thomus, 3. 2. quæ st. r. artic. 1. & probatur, primo quia obiectum formale quo, illud est per quod sumitur distinctio in scientiis: nam ut diximus solum obiectum formale, quo distinguit scientias: sed scientie distinguuntur per principia per quam demonstrantur conclusiones, ut docet Aristoteles, hoc lib. c. 23. & infra dicemus: ergo talia principia sunt obiectum formale quo. Secundo quia eadem conclusio potest cognosci ab uno homine per opinionem, & medium probabile, ab alio autem scientifice, & per demonstrationem, & cum hoc sunt diversi habitus scientiae & opinio: ergo ideo est, quia principia illa sub quibus illa conclusio consideratur, diversa sunt in scientia & opinione: nam in scientia consideratur illa conclusio ex principiis certis & evidenter, in opinione vero solum ex probabilibus.

Tertio, quia obiectum formale & motuum incomuni opinione idem sunt, hac enim ratione bonitas appellatur obiectum formale voluntatis: quia mouet illam ad amandum idsum obiectum, & lumen appellatur obiectum formale potentie visus, quia veluti mouet, & ex citate visum ad videndos colores: sed similiter principia mouent, & inducent intellectum ad assensum conclusionis in scientia: ergo principia sunt obiectum formale quo in scientia.

His ergo explicatis circa obiectum & subiectum in communis scientiæ dubitari deinde solet in particulari, an de ente per accidens possit haberi scientia: solet autem quibusdam appellari ens per accidentem, illud, quod cœligit ex rebus diversorum prædicamentorum, quod tamen ego appello unum per se, accidentale, ut dictum est:

est capite de genere, & prædicâ
mento in communi, & forsam
in solo modo loquendi est dis-
ceptatio, tamen quicquid sit,
dubitatur, an de illo ente quod
componitur ex rebus diuersorū
prædicamentorum possit
esse scientia.

In qua re prima sententia,
& satis communis afferit, de
huiusmodi entibus non posse
haberi scientiam. Primo quia
objec̄tum scientiæ debet esse a-
liquid vnum sed compōsītum
ex rebus diuersorum prædicamen-
torum non est vnum, sed
plura primo diuersa, quia dicit
res diuersorum prædicamento-
rum, quæ primo diuersa sunt:
ergo non potest esse objec̄tum
scientiæ.

Secundo quia objec̄tum sci-
entiæ debet esse aliquid definibili-
le, ut mediante definitione ef-
fectieli subiecti demonstren-
tur passiones: sed aggregatum ex
rebus diuersorum prædicamen-
torum non potest esse definibi-
le vñica definitione, sed pluri-
bus, quia dicit plures res diuer-
si prædicamenti: ergo non potest
esse objec̄tum scientiæ.

Contraria circa tamen sen-
tentia nobis tenenda est scilicet
posse haberi sciētiā de ag-
gregato ex rebus diuersorum
prædicamentorum, & ita subie-
ctum scientiæ non semper debe-
re esse vnum determinati prædi-
camenti, sed aliquomodo vñū
quāvis illud vñū ex rebus diuer-

si prædicamēti cōponatur: hanc
sententiam docuit optimè Fon-
seca 4. meth' c. 1. q. 1. se ctione. 3
& lib. 5. c. 7. q. 5. Et ratio est pri-
mo, quia entia artificialia, ut na-
uis, vel serra includunt res diu-
ersorum prædicamētorū, di-
cunt enim essentialiter, substan-
tiā illā corporeā cū tali figura:
ergo dicunt res diuersi prædicamēti
nā substantia & figura diu-
ersi prædicamēti sunt: de his
tamē pōt haberi sciētia & defi-
nitio: nā de nauī demonstrare
possimus esse instrumētum ma-
xime aptū ad nauigandū, de se-
ra ad scindendū, & eadē ratione
medicina de aliquo medicamē-
to ex pluribus herbis & liquori-
bus diuersę rationis integro de-
monstrat, esse aptum ad curatio-
nes talis, vel talis morbi: ergo de
his aggregatis pōt haberi sciētia.
Et ratio à priori est, quia illi
res diuersorum prædicamētorū
sic vnitæ possunt esse causæ a
cuius effectus: qui causari non
possit, nīsi concurreret illa res
vñita: nam si in nauī non cōcur-
rerēt simul ligna illa cum tali si-
gurā disposita, non posset fieri
ita velox nauigatio: ergo ille ef-
fectus demonstrari potest à prio-
ri per illud aggregatum ex illis
rebus, tanquam per suā causa m
demonstratione propter quid:
sed demonstratio propter quid
generat sciētiā: ergo de illo ag-
gregato ex rebus diuersi prædi-
camēti in quātum aliquomodo
faciūt vnum per vniōnem, vel

subordinationē optime potest
haberi scientia.

Vnde ad fundamentum coheret
scientia respōdetur, ad pri-
mum quod ex rebus diuersorū
prædicamentorum pōt fieri ali-
quid vere vnum, qua uis enim
non possit fieri in vnum perse sub-
stantiale, sit tamen ex illis ali-
quando vere vnum, quando
una pars se habet ut actus, alia ve-
ro ut potentia, ex quibus resul-
tat vnum perse. Qualiter se ha-
bent in cathedraliū, & si-
gura: nam lignum habet poten-
tiā ad figuram, figura autem
habet rationē actus, vel aliquan-
do sit vnum ordine: qualiter
domus est aliquid vnum per or-
dinem partium, & hęc unitas
sufficit, ut de huiusmodi rebus
artificialibus habeatur scientia.

Ad secundū respōdetur ne-
gādo q̄ huiusmodi aggregata
ex rebus diuersorū prædicame-
torū non possint definiri, quia
illa plura diuersorum prædicame-
torum ut faciūt vnum vni-
ca definitione definiri possunt:
qualiter definitur domus, quod
sit quoddam compositū ex fun-
damento parietibus, & testo in-
teriorum, cum tamen domus di-
cat res diuersorum prædicame-
torum, scilicet ligna & lapides,
qua sunt de prædicamento subli-
tantia, & figuram, qua est de
prædicamento qualitatis. Præ-
terea quando Arist. 7 lib. meth.
cap. 4. & 5. dicit, quod de ente
per accidens non potest haberi

scientia, non loqui ut de his en-
tibus aggregatis ex rebus diue-
si prædicamenti: sed aperte lo-
quitur de contingētibus quod
verum est: nam demonstratio,
qua ad scientiam ordinatur de-
bet compōti ex propositioni-
bus aliquomodo necessarijs.

Vltimō dubitari potest in hac
quaest. vtrum conclusiones om-
nes, qua in eadem disciplina
docentur pertineant ad eundem
habitum scientificum, verbi
gratia, vtrum omnes conclusio-
nes, qua in Philosophica disciplina
docentur pertineant ad ipsum
habitum scientificum, qui appellatur Philosophia. Res-
pondetur non omnes cōclu-
siones illas pertinere ad habitum
scientificum, qui Philosophia
appellatur. Ratio est, quia vt ha-
tenus vidimus solum illae con-
clusiones possunt pertinere ad
scientiam, qua evidenter de-
monstrantur: nam sciētia ac qui-
ritur per demonstrationem: sed
in Philosophica disciplina sunt
quam plurimæ cōclusiones opī-
nabiles, qua tamen argumentis
probabilibus suadentur: ergo is-
te non pertinent ad habitum
scientificum, qui appellatur Phi-
losophia, sed ad alium habitum
opinionis. Quam difficultatem
obiter attigimus in prohemio
logicæ.

Tandem ex dictis infero,
qualiter intelligendum sit id
quod supra dixi in prohemio
nostro logicæ, scilicet, opera-
tiones

tiones intellectus ut sunt esse instrumenta sciendi: sit obiectum formale logica: nam intelligendum est de obiecto formalis; quod, non vero de obiecto formalis quo, hoc enim in qualibet scientia sunt principia illa, quibus suas conclusiones probat, ibi enim hoc non explicuimus: petebat enim hanc difficultatem hoc loco examinandam esse, & ita solum intelligendum est, quod obiectum formale, quod logicæ, id est, ratio formalis, quam Logicus considerat in operationibus intellectus sit esse instrumenta sciendi: obiectum tamen formale quo sunt principia quibus probat suas conclusiones & ita idem contingit in Logica.

Etsi obiectias, nam obiectum formale in qualibet scientia debet esse unum: sed principia quibus in qualibet scientia probantur conclusiones sunt plura: ergo non possunt esse obiectum formale illius. Respondetur quod quanvis talia principia sint plura in particulari, tamen conueniunt in quadam ratione superiori una verbigratia, omnia principia quibus Philosophia utitur, conueniunt in ratione communis principij Philosophici, & hec unitas satis est, ut scientia sit una;

Ques. IIII. Unde scientie sumant suam distinctionem.

Cum scientiæ distinguantur per obiecta, morito postquam egimus de obiecto requisito ad scientiam, statim inquirimus unde in illis sit sumenda distinctio, ex dictis enim facilem habet solutionem, & in primis certum est quod sicut quilibet habitus & qualibet scientia habet suam intrinsecam differentiam per quam constituitur, ita per illam distinguitur ab omni alia scientia, sed quia haec differentia intrinseca dicit relationem secundum dici ad obiectum extrinsecum per quod intelligitur, inquirimus ex quo extrinseco obiecto sit sumenda distinctionis inter scientias.

In qua ré, omnes illi qui assertunt obiectum formale quo in scientiis esse abstractionem à materia, quos retulimus in praecedenti questione, consequenter assertunt distinctionem essentiale, & specificam in scientiis, desumendam esse ex diuersa abstractione quam habet earum obiectum: nam omnes conueniunt scientiam sumere suam distinctionē ab obiecto formalis quo, tenet Cajetanus prima parte questione prima artic. 7. & hoc libro capit. 23. Ferrara se cundo contragentes cap. 4. Sotius & Toletus cap. 23. huius lib.

fundamentum huius sententiae est primo, quia per abstractionem à materia res sunt intelligibles, & scibiles: ergo illa est obiectum formale quo, unde scientiae sumant suam distinctionem, hoc tamē fundamentū satis fribolum est, ut vidimus questione præcedenti.

Secunda ergo huius sententiae ratio est, quia scientia non debet esse de rebus contingentibus, sed aliquo modo necessariis, ut saepe diximus & Aristot. in hoc cap. & saepe alibi docet, principium autem contingentiae est materia: nam substantiae spirituales, quae sunt abstractae ab omni materia sunt entia necessaria, & incorruptibilia: ergo abstractione à materia constitutur aliquam aliquomodo necessariam, atque adeo obiectum scibile: ergo talis abstractione à materia est, unde scientiae sumunt suam distinctionem.

Hec tamē sententia falsa est primo quia ut supra dicebam, hæc abstractione à materia non iuuat, sed potius impedit intellectum nostrum ad res recte intelligendas, & percipiendas, quipotius melius percipit res magis sensibiles & materiales.

Secundo, quia scientiae diversæ habent eundem modum abstractionis à materia: ergo per hanc abstractionem minime possunt scientiae distingui. Probatur antecedens, nam musica, & perspectiva, quae sunt

scientiae diuersæ non habent obiecta diuersimode abstracta: nam musica agit de numero sonoro, qui percipitur auditu, perspectiva vero agit de quantitate, quæ visu percipitur: ergo non habent diuersam abstractionem in suis obiectis, cum tamen distinguantur specie idem etiam est de Logica, & Philosophia Moralis, utraque enim considerat actiones intellectus, altera prout sunt instrumenta sciendi, altera vero scilicet Philosophia Moralis, prout ordinantur ad dirigendas operationes bonas, vel malas voluntatis. Similiter ars Domificandi, & faciendi naues, quæ diuersæ sunt, considerant obiecta materialia non habentia diuersam abstractionem à materia.

Hac ergo sententia relata, nos, qui asserimus obiectum formale in quauis scientia esse principia illa, quibus scientiae probant suas conclusiones, fateri debemus distinctionem essentialem, & specificam in scientiis sumendam esse ex diuersis principijs proprijs, cuiuslibet scientie, quibus talis scientia vertitur ad probandas suas conclusiones. Hanc sententiam docuit in primis Aristoteles in hoc libro capite. 23. vbi dicit illas scientias esse diuersas, quæ habent diuersa principia, & principia vnius non dependen ex principijs alterius. Tenet etiam Sanctus Thomas primo libro.

Posteriorum cap. 2. & 1. 2. qnæst. 54. art. 1c. 2. ad secundum. Scioius quæst. 3. prologi sententiarum, Gregorius, quæst. 2. Durandus, quæst. 4. Et ratio est, quia scientiæ sumunt suam distinctionem ex obiecto formalis quo, ut omnes conueniunt: sed obiectum formale, & motiuum, in scientia sunt principia, quæ mouent intellectum ad assensum cœclusionis: ergo talia principia propria cuiuslibet scientiæ distinguunt scientias ipsas.

Et si obiectis D. Tho. in proœmio Physic. & opusculo 70. & Aristot. 6. lib. Metaph. cap. 1. per diuersam habitudinem ad materiam Physicam distinguunt genera scientiarum.

Respondetur ex eo esse, quia diuersa abstractio à materia in obiecto, arguit diuersitatē principiorum illius scientiæ, & agnoscamus scientias habere diuersa principia propria, si habeant diuersam abstractionem, tamen obiectū formale quo, vnde si ientiae desumunt suam speciem, & distinctionem, non est talis abstractio, sed sunt principia propria talis scientiæ.

Ad fundamentum autem oppositæ sententiæ facile responderetur, quod scientia debet esse de necessariis, idest, de propositionibus in quibus prædicatum, & subiectum, habeant necessariam connexionem, quæ necessaria connexio, probatur & colligitur ex principiis certis, & euidentiis.

bus, & ita principia sunt, quæ cauunt necessitatem, quā requirit scientia, scilicet inter prædicatum, & subiectum, ad quod impertinens est habere materiam, vel non, materia autem solū est principium contingentia, quantum ad corruptionem, secundū esse existentia, quia est principium corruptibilitatis, ut dicimus 1. lib. Physic. Scientiæ autem per se loquendo, abstrahunt ab existentia, & solum considerant essentialē connexionem, inter prædicatum, & subiectum propositionis, quæ connexio potius probatur per principia, ex quibus talis conclusio colligitur.

Sed statim oritur difficultas: nam intra eandem scientiam datur conclusiones diuersæ rationis, quæ cū diuersæ rationis sint, habent principia valde diuersa, quibus probant suæ conclusiones. Respondetur tamē in primis certum esse, quod conclusiones diuersæ distinguunt, intra eandem scientiam habitualē diuersos actus scientificos, quia quilibet conclusio est obiectū ad quatuor, respectu illius actus, quo alntimur illi: sed actus distinguitur per obiecta: ergo diuersæ conclusiones distinguunt diuersos actus scientificos.

Dico tamen secundo, quod quando conclusiones diuersæ sunt inter se subordinatae, in ordine ad unicum obiectum ad ea quæ uis scientiæ pertinunt ad eundem habitum scientificum, ita

docuit Aristot. hoc lib. cap. 23. vbi docet vnam esse scientiam, quæ agit de uno obiecto. Et ratio est, quia scientiae distinguuntur per obiecta adæquata sed de eodem subiecto adæquato plures demonstrari possunt conclusiones, vt in scientia de homine demonstrantur de illo, quod sit risibilis admiratus, &c. ergo diversæ conclusiones, quando sunt de eodem obiecto adæquato, pertinere possunt ad eundem habitum scientificum. Secundo, quia habitus est, quid uniuersalior actu, ita quod idem habitus, possit esse causa plurium actuum diversæ rationis, quæ ratione idem habitus charitatis elicit actum amoris Dei, & odium peccati, pro ut est contra Deum sume dilectum, quia actus sunt diversæ rationis: ergo idem habitus scientificus, potest elicere actus diversæ rationis, circa diversas conclusiones, de eodem obiecto adæquato.

Vnde ad argumentum responderetur, in primis diversas conclusiones, posse probari eodem principio, nam mediante definitione essentiali subiecti, possunt probari de illo omnes passiones: qualiter scientia de homine, probat de homine esse risibilem, & admiratum, &c. hoc uno principio, nempe, quia est animal rationale.

Addo secundo, quod quamvis in eadem scientia, sint plura

principia, sunt tamen subordinata inter se, intra idem obiectum adæquatum, nam principiū hoc nempe, quod homo sit admiratus, per quod possumus probare, hominem esse risibilem, subordinatur alteri, nēpe, quod homo sit animal rationale, ad quod reducuntur omnes passiones, quæ probantur de homine, quia esse animal rationale, est causa omnium passionum, que inde secuntur, quæ doctrina aperie probatur ex Aristotele, hoc lib. cap. 23. vbi dicit, illius scientia esse diuersam ab alia, quæ habet diuersa principia in dependencia à principiis alterius: sentit ergo, quod quando principia subordinantur ad idem obiectum adæquatum, non diversificant scientias.

Sed obiecties sequitur, quod scientia subalternata, & scientia subalternans, sint eadē scientia: probatur plane: nam principia scientiae subalternatae sub ordinantur principiis scientiae subalternantis, vt infra dicimus. Respondeatur, quod non subordinantur intra idem obiectum adæquatum: nam scientia subalternata, habet diuersum obiectum adæquatum ab obiecto scientiae subalternantis, cum sint diversæ rationis scientiae: at vero scientiae, solum distinguuntur per diuersa principia subordinata ad diuersum obiectum adæquatum, non vero ad idem obiectum.

Sed statim etiam, alia oritur difficultas

difficultas, an habitus scien-
tificus, qui respicit plures conclu-
siones, de eodem obiecto ad æ-
quato, respiciat illas per eadem
Indivisibilem entitatem, vel po-
tius sint in illo habitu plures en-
titates partiales, corresponden-
tes pluribus conclusionibus, ex
quibus entitatibus partialibus,
resultet unus totalis habitus.

Pro cuius intelligentia aduer-
tendum est, quod habitus scien-
tificus, aut quilibet alias duobus
modis potest augeri: uno modo
quo ad intensionem, & est qua-
do circa easdem conclusiones,
magis, ac magis perficitur, & in-
tenditur: alio modo quo ad ex-
tensionem, & est quando se ex-
tendit ad plures conclusiones,
de eodem obiecto ad æquato, quæ
antea se extendebant. V. g. scie-
bat aliquis per scientiam de ho-
mino, & deinde per nouam deniō
strationem, demonstrat de eodem
hominis aliam conclusionem, tunc
habitus scientificus extendit se
ad conclusionem nouam, & ita
dicitur augeri quo ad extensio-
nem.

Dubium tamen est, utrum ille
habitus habeat aliquam entitatem
superadditam, per quam incline-
tur in illam conclusionem, ad
quam antea non inclinabatur.

Si quare suppono, id quod
late in Physica ostendam, nem-
pe qualitates intendi, & augeri,
non per additionem alicuius
modi. Ut plures Thomistæ vo-

lunt, male intelligentes, Diuum
Thomam, quod etiam ostenda;
sed potius intendi, & augeri
per additionem alicuius par-
us, de novo aduenientis in illa
qualitate, ita quod, quando ca-
lor intenditur adueniat quædā
pars noua gradualis, sive cal-
oris, in qua opinione conse-
quenter dicendum est, quod
cum habitus sit quædam qua-
litas, quando extensio auge-
tur ad nouam conclusionem, ha-
bet aliquam partem nouam il-
li additam, & ita sicut in eo-
dem obiecto ad æquato, sunt
plures conclusiones, quæ de
illo demonstrantur, ita habi-
tus habet plures entitatis par-
tiales illis conclusionibus cor-
respondentes, ex quibus inte-
gratur unus totalis habitus,
quod patet ex illo principio in
Physica probando, quod qua-
litates augentur, & intenduntur
per additionem partis ad partem.

Addo tamen modo, illas en-
titates partiales esse diuersæ ra-
tionis, & diuersæ speciei parti-
ali, sicut materia, & forma, quæ
componunt hominem differunt
specie partiæ, quod probatur.
Quia hinc totus ille habitus sci-
entificus, habet unum obiectum
ad æquatum; ita, entitates par-
tiales illius habitus habent pro
objeto particulares conclusio-
nes contentas sub illo obie-
cto ad æquato: sed iste conclusio-
nes sunt diuersæ rationis,
ut quod homo sit visibilis,

vel sit admiratius: ergo entitatis illae partiales correspondentes illis conclusionibus sunt diversæ rationis. Quod explicari potest exemplo imaginis, nam sicut imago totalis Cæsar is habet plures imagines partiales, nam cōponitur ex imagine partiali capitis, & ex imagine partiali pedis, &c. ita integer habitus scientificus cōponitur, ex pluribus entitatibus partialibus, quæ pluribus conclusionibus correspondent.

Solū posset hic dubitari. Vtrū illæ entitates partiales componentes vnicū totalem habitum, ita illum componant, vt habitus ex illis resultans sit vnum Physice vel potius faciant vnum per subordinationem. Et dicendum est, illum habitum non esse vnu Physice, sed per subordinationē partium, quod ita esse dicēdum probatur hac ratione. Quia vt partes faciant aliquod totū Physice vnum, debent habere vniōnem Physicam, quæ duobus modis intelligi potest: primo ita, vt partes habeant in se rationem actus, & potentiarum, qua ratione ex materia, & forma sit vnum Physicum, quamvis sint diversæ rationis, quia materia se habet, vt potentia; forma vero vt actus: arque adeò ita inter se vniointur, vt faciant vnum vere Physicum & hoc non potest dici in habitu, quia una entitas partialis, non est forma alterius, sed omnes sunt formæ partiales informantes in-

tellectum: sicut totus ipse habitus est, quædam totalis forma ac ciceris alis, quæ est qualitas.

Secundo, possunt partes Physice vniiri per continuationem, qua ratione partes quātitatis Physice vniuntur, quia continuantur inter se, mediante quodā indubibili continuatio, & hoc eiām non potest dici in habitu sc̄ entifico, quia continuatio debet esse inter partes eiusdem rationis, qualis vna pars aquæ continua ur cum alia, nam inter partes diversæ speciei non est continuatio, qualiter quamvis materia vniatur cum forma, non dicimus quod continuatur cum illa quia continuū habet partes eiusdem speciei inter se: sed ostensum est illas entitates partiales habitus, esse diversæ rationis: ergo non possunt continuari inter se: ergo non faciunt vnum Physice, sed per subordinationem partium, ita quod heut domus appellatur vna, nō quia eius partes habeant Physicam vniōnē, sed quia habent quandam subordinationem, ita quis habitus habet illas entitates subordinatas, sicut conclusiones de eodē obiecto, quas respiciunt subordinantur inter se, vt quædam inferantur ex aliis, id eo ille habitus est vnu per subordinationem partium, non vero, quia habent inter se aliquam Physicam vniōnem.

Quæst. V. Vnde sumenda
sit maior, vel minor perfe-
ctio in scientiis.

VM scientiæ sumant suam
Centitatem, & essentiam in
ordine ad obiectum, & obie-
ctum sit duplex, scilicet forma-
le, & materiale: certum est maio-
rem, vel minorem perfectionem
essentiale m in scientiis, non pos-
se delumi ex solo obiecto mate-
riali, quia obiectum materiale,
ut s̄epe diximus non tribuit spe-
ciem scientiis.

Vnde dico primum, maior per-
fæctio essentialis in scientiis de-
sumēda est ex obiecto, quæ sunt
principia, ut dixi, ita quod sit il-
la scientia essentialiter perfectior
cuius principia sunt certiora, &
evidenteria. Ratio est, quia sci-
entiæ sumunt suam speciem ex ob-
iecto formalis: ergo si obiectum
formale, quæ sunt principia ipsa
perfectius est, & evidenteria sci-
entia ipsa, perfectior erit essentialiter,
& ita scientia. Propter quid,
perfectior erit scientia; Quia,
quando sunt diuersæ: nam non
semper sunt diuersæ scientiæ, ut
ostendimus cap. 10. Ratio est,
quia in scientia Propter quid eō
clusio scitur à priori, in scientia
vero Quia, scitur tantum à poste-
riori.

Ex dictis etiam sit, quod sci-
entiæ sit præstantior habitus, quam
opinio, quia principia scientiæ
sunt certa, & evidenteria, secus ve-
ro principia opinionis.

Addo præterea scientiam esse
perfectiorem, cuius principia sunt
magis immediata, & ita scientia
subalternans est perfectior sci-
entiæ subalternata, quia principia
scientiæ subalternatae probatur
à scientia subalternata, & ita prin-
cipia scientiæ subalternatae sunt
magis immediata.

Dico secundo, ex pârte obie-
cti materialis, solum posse colli-
gi maiorem perfectionem acci-
dentalis, & secundum quid. Ra-
tio est, quia essentia, & perfectio
essentialis rei sunt idem: sed sci-
entiæ sumunt suam perfectionem
essentialiæ, ex obiecto materia-
li: ergo solum ex illo colligi po-
test, maior quædam perfectio ac-
cidentalis: & ita scientia de ho-
mione, si nō habeat principia cer-
tiora, quam scientia de equo, so-
lum erit perfectior illi secundū
quid, & hac ratione intelligen-
dus est Aristot. i. de anima, cap.
x. cum dicit scientiam esse perse-
ctiorem, quæ agit de perfectiori
obiecto, nisi forte loquatur de
obiecto formalis, tunc enim est
scientia perfectior, etiam essentialiter.

Addo præterea perfectionem
accidentalem in scientiis, etiam
ex fine, & aliis circunstantiis pe-
fari posse, & ita scientia quæ est
gratia sui præstantior est illa, quæ
est gratia aliarum secundū quid,
quia finis præstantior est his quæ
sunt ad finem.

His suppositis scientia multis
modis diuidi solet, nam primo
diui-

diuiditur in practicam & specu-
latibam: practica appellatur il-
la, quæ agit de obiecto operabi-
li, ut operabile est id est mouen-
do, & dirigendo ad illud: illa
vero operatio, quam habet pro
objeto & ad quam mouet, ap-
pellatur praxis, quæ ratione ve-
dicebam in proemio Logicæ,
praxis medicina est curatio,
quia est operatio quæ habet pro
objeto, & ad quam dirigitur ip-
sa medicina: scientia vero spe-
culativa est, quæ agit de obie-
cto solum contemplando, &
speculando illud, quæ diuisio,
quidquid alij dicant essentia-
lis est, ita ut scientia practica
& speculativa essentiâliter diffe-
rant: nam esse practicam & spe-
culativam sunt differentiae esse-
tiales habituū intellestualium,
qua ratione arti essentiale est
quod sit practica & Philosophia
quod sit speculativa.

Secundo quia distinctio esse-
tialis in scientijs sufficienter cau-
satur ex diversa ratione sub qua
illæ scientiæ tendunt in suum ob-
iectum qualiteri Metaphysica &
Physica agunt de ente, tamen
sub diversa ratione nam Meta-
physica agit de illo sub ratione
entis in communi, Physica vero
sub ratione mobilis: sed simili-
ter scientia practica tendit ad
objecum ut operabile est, &
hoc est illi quid est essentiale, secus
vero scientia speculativa: er-
go practicum & speculativum
sunt differentiae essentiales scientiæ

secundo diuiditur scientia,
in scientiam Quia & propter
quid, quis plures existimant
differre specie, quos retulimus
supra capite 10. placet tamen
hec sententia Soti hoc lib. cap.
13. scilicet quod non semper
scientia Quia, & propter quid
distinguantur specie de quare
videantur dicta cap. 10.

Et si obiiicias: nam scientiæ
distinguuntur per diversa prin-
cipia, ut diximus, sed scientia
Quia, & Propter quid, habent
diversa principia: nam scientia
Propter quid, habet procedere
à priori, secus vero scientia Quia:
ergo distinguuntur specie. Res-
pondetur, quod quamvis scien-
tia Quia, & Propter quid, habeat
diversa principia in particulari,
tamen scientia non sumit suam
specificationem à principiis in
particulari, sed in communi con-
sideratis. V. g. Philosophia non
sumit suam specificationem ab
hoc, vel illo principio philoso-
phico, sed à principio philoso-
phico in communi considera-
to, & ita diversa illa principia in
particulari, quæ habent scien-
tia, Quia, & Propter quid, perti-
nere possunt, adeandem scientia
totalem, quia eadem scientia to-
talis, ut Physica modo probat co-
clusionem aliquam à priori, mo-
do vero à posteriori, & ita proba-
ri à priori, vel à posteriori sunt
principia inadæquata respectu
Philos. à principiis autem inadé-
quatiss, non sumit scientia suam
speciem

speciem, sicut potentia visiva non sumit suam specificationem, ex hoc vel illo colore, qui sunt obiecta in adequata visu sed à colore absolute sumpto.

principia alterius, & ita illa scie-
tia, quæ probat principia appel-
labitur subalternans, illa vero
cuius principia probantur appel-
labitur subalternata.

Secundo notandum est, quod
ut in scientiis vere, & proprie-
tate subalternatio aliquæ condi-
tiones requiruntur. Prima est,
quod scientia subalternans, &
subalternata sint distinctæ sci-
entia, cuius ratio est, quia scientia
subalternata, debet dependere
sub alternante, impossibile est
idem dependere à se ipso.

Secunda est quod obiectum
scientiæ subalternatæ contineat
tur sub obiecto scientiæ subal-
ternantis, hoc tamen indicat
nomen subalternatio, & ita hanc
conditionem, ponit Sanctus
Thomas, hoc lib. cap. septimo.
Caietanus, capit. 13. & ibidem
Sotus quæstione 1. Fonseca 4.
Metha. quæstione 2. Soncin.
quæstione 9. & plures alij, &
ita musica subalternatur Arit-
methicæ, quia musica agit de
numero sonoro Aritmethica, verò de numero in communi,
numerus autem sonorus, con-
tinetur, sub numero in com-
muni.

Est tamen dubium, an obiec-
tum scientiæ subalternatæ, ita
debeat esse inferius essentiali-
ter ad obiectum scientiæ sub-
alternantis, vt sit inferius essen-
tialiter sub illo contentum, in
eodem prædicamento, vt homo
sub animali, vel potius debeat
addere

**Quæst. VI. Quid sit scien-
tia subalternans, & subal-
ternata.**

De hac re disputari solet ca-
pite primo huius libri, ubi
nos tractationem hanc, usq;
ad hunc locum remisimus, &
quidem subalternatio, ut nomen
ipsum sonat, significat unam
scientiam subalternam contine-
ri, & illi subordinari, quod mul-
tis modis contingere potest, nā
una scientia primo potest subor-
dinari alteri ratione finis ad quē
ordinatur, quā ratione dici so-
let, quod ars frenefactoria ordi-
natū equestri, & ars equestris ar-
ti militari, quia finis unius artis
ordinatur ad finem alterius; se-
cundo possunt scientiæ subalter-
nari ratione subiecti, nempe ut
obiectum unius continetur sub
obiecto alterius, qua ratione ob-
iectum musicæ, qui est nume-
rus sonorus continetur sub ob-
iecto Arithmeticæ, qui est nu-
merus in communi, & hoc pro-
prio loco uendo, nou satis est ad
veram subalternationem, ut po-
ste dicemus.

Tertio possunt scientiæ sub-
alternari ratione principiorum,
scilicet, quia principia unius
ubordinentur, & probetur per

addere supra obiectum scientia
subalternantis aliquam differen-
tiam accidentalem alterius præ-
dicamenti, quia ratione homo
albus est inferius accidentaliter
ad hominem in communi, quia
addit supra rationem hominis,
quandam differentiam de præ-
dicamento qualitatis.

Respondetur obiectum scien-
tia subalternata, non debere ad-
dere supra illud differentiam quā-
dam accidentalem, qua ratione
numerus sonorus, qui est obie-
ctum Arithmeticae differentiam
quandam accidentalem numeri,
scilicet quod sit sonorus, & ra-
tio est, quia si duo obiecta sint
essentialiter subordinata, sicut
genus, & species, scientia quæ
agit de illa specie inferiori, pro-
bat de illa passiones genericas,
ut de homine quod sit sensibilis,
& sic est eadem scientia cum il-
la, quæ agit de superiori: nam si-
cuit per eandem scientiam, scimus
quod homo est sensibilis, & quod
Petrus est sensibilis, quia per ea-
dem principia probatur, ita per
eandem scientiam scimus, quod
animal est sensituum, & quod
homo est sensitius, quia eisdem
principiis probari potest, & i a-
cum in hoc casu scientia de supe-
riori, & d. inferiori, sit eadē nō
est subalternatio inter illas. Si
vero scientia quæ agit de inferio-
ri, probat passiones proprias il-
lius, ut de homine quod sit risi-

bilis, tunc non subalternatur ad
scientiam, quæ agit de superio-
ri. Ratio est, quia quamvis sint
diuersæ scientiæ, tamen per pri-
cipia scientiæ superioris, nō pos-
sumus probare passiones pro-
priæ inferioris. V. g. per princí-
pia, quibus probamus passiones
de animali, non possumus pro-
bare passiones proprias homi-
nis, vt quod sit risibilis, quia esse
animal est commune homini, &
brutis: sed de ratione scientiæ
subalternantis est, vt statim di-
cam, vt principia scientiæ subal-
ternatæ probentur per principia
scientiæ subalternantis: ergo ob-
iectum sciétiæ subalternatæ, nul-
lo modo debet esse aliquid es-
sentialiter inferioris ad obiectum
scientiæ subalternantis, sed potius
debet addere differentiam,
quandam accidentalem supra
illud.

Tertia ergo conditio requisi-
ta est, quod scientia subalternans
probet principia scientiæ subal-
ternatæ à priori. Hanc conditio-
nem insinuauit Aristotel. supra
cap. 10. dum dixit, quod demon-
stratio Propter quid pertinet ad
scientiam subalternantem, de-
monstratio vero, Quia ad scien-
tiæ subalternatæ sentit ergo
Aristot. scientiam subalternan-
tem, debere demonstrare à prio-
ri principia scientiæ subal-
ternatæ. Et ratio est, quia sciétiæ subal-
ternata, potest probare sua prin-
cipia à posteriori per induc-
tionem, hoc enim quælibet scien-
tia

ia præstare potest: ergo scientia ubalternata, solum dependet à subalternante, vt probet principia à priori, neq; opus est, quod omnia principia scientiæ subalternatae probentur à sua subalternante: nam si aliqua tantum probentur cum iam quoad illam dependentiam ab alia scien-
tia, erit illi subalternata, saltem quo ad illam partem, licet non secundum se totam, qua ratione chirurgia, secundum quandam sui partem subalternatur Geometriæ, quia quod vulnus circu-
lare tardius sanetur, quam vulnus habens cissuram longâ pro-
bat Geometriæ, quia latera figu-
ræ circularis plus distant, quam
latera figuræ angularis, & ita tar-
dius coniunguntur, & sanantur.
Denique alias conditiones ad-
dunt nonnulli, quas nec pro-
bant, nec opus est multiplicare.

Sed contra has conditiones nonnulla obiici possunt, primo nam si obiectum scientiæ subalternatae, debet contineri sub obiecto scientiæ subalternantis, omnes scientiæ essent subalternatae ad Metaphysicam, quia Meta-
physica agit de ente in communi, sub quo omnia obiecta alia-
rum scientiarum continentur cù
omnia illa participant rationem entis.

Secundo, quia si obiectu scien-
tiæ subalternatae debet addere differentiam quandam acciden-
tiale in supra obiectum scientiæ

subalternantis, sequitur quod obiectum scientiæ subalternatae, sit eis per accidens, quia est aggrediatum, ex rebus diuersorum prædicamentorum, nam differentia quam supra illud habet, vt diximus, debet esse accidentalis, & alterius prædicamenti: ergo est ens per accidens, atque adeò de illo, non potest haberi scientia, quia de ente per accidens non ha-
betur scientia.

Tertio, quia si principia scien-
tiæ subalternatae debent probare principia scientiæ subalternatae, non est vera scientia, nisi quis sim-
ul cum illa habeat scientiam subalternantem, quia exacta probatio scientiæ subalternatae pen-
det à scientia subalternante.

Quarto sequitur omnes scien-
tias esse subalternatas ad Logi-
cam, quia omnes accipiunt modum differendi, & disliniendi ab illa.

Tamen respondetur ad primū negando, quod omnes scientiæ subalternentur ad Metaph. quia ad verâ subalternationem non satis est, quod obiectu unius con-
tineatur subobiecto alterius, sed requiritur, quod scientia subal-
ternans, probet principia scien-
tiæ subalternatae, quod non con-
tingit in Metaphysica, respe-
ctu aliarum scientiarum, quia plures
scientiæ habent principia, ita cer-
ta, & evidentia, vt non indigeat
probatione Metaphysicæ, quale
est in Geometria, hoc principiu-

Quæ sunt equalia vni tertio, sunt e-
qualia inter se. Et in Philosophia
hoc principium. Quod omnis mor-
tus debet esse inter duos terminos à quo
et ad quem: & ita non probatur,
quod omnes scientiæ sint subal-
ternatae ad Metaphysicam.

Ad secundum respondetur, quod tot sunt capitali, quot sunt
sententiae, quas longissimum ef-
fet recensere, in nostra tamē sen-
tentia nullam habet difficultatem
ostendimus enim questione ter-
tia huius capituli, quod de aggre-
gato, ex rebus diuersorum præ-
dicamentorum, potest haberi
scientia, & quod commune Ari-
stotel. axioma, quod de ente per
accidens nulla habetur scientia,
plane ab ipso intelligatur de en-
te contingenti, ut loco citato di-
xi, ynde ad argumentum respo-
detur, quod d' quamvis obiectum
scientiæ subalternatae, dicat res
diuersorum prædicamentorum
nihilominus de illo haberi po-
test scientia, quia ut ibi dixi,
ad rationem obiecti scientie
satis est, quod sit aliquid vnum
artificiale, vel vnu ordine, quod
ad minus reperitur in aggregato
ex rebus, diuersorum prædicam-
entorum.

Ad tertium, quod scientia sub-
alternata, etiam si sit sine sci-
entia subalternante in aliquo ho-
mene, nihilominus est vere, &
propriæ scientia, quoniam quam-
vis scientia subalternans, pro-
bet à priori demonstratione,
Propter quid, principia scienc-

tiæ subalternæ, tamen scien-
tia subalternata, potest proba-
re sua principia saltem à poste-
riori, & per inductionem, quod
satis est, vt habeatur scientia,
Quia, acquisita per demonstra-
tionem Quia, quæ est probatio
à posteriori generans, tantum
scientiam vt supradixi.

Ad ultimum, quod aliæ scienc-
tiæ, non subalternantur ad Lo-
gicam. Ratio est, quia quam-
vis Logica præbeat aliis scienc-
tiis modum differendi, & dis-
putandi, non tamen probat
principia illarum, sed modum
conficiendi syllogismos, & pro-
bationes, ipsa vero nequaquam
probat principia illarum, & ita
reliquæ scientiæ, non sunt illi
subalternatae.

*Quest. VII. Quid sit habi-
tus primorum principiorum,
& quomodo à scienc-
tia distinguatur.*

E Gimis autem hactenus de
scientia, secundum se con-
siderato, modo vero de eius
distinctione, ab aliis habitibus
disputandum est. Pro intelli-
gentia autem questionis, reuo-
candum est in memoriam, quod
principia sunt in duplice differ-
entia, nam quedam sunt, quæ
ex sola terminorum apprehen-
sione, absq; discursu aliquo cog-
noscentur, qualia sunt princi-
pia: alia vero sunt, quæ licet in
demon-

Demonstracione assumantur, ut principia iam probata ad probandam conclusionem, tamen ipsa principia per discursum demonstrationis prius habita probantur. Et certum est ita principia, cognosci per habitum, qui est scientia, quia scientia, ut saepe dixi acquiritur, per discursum certum, & evidenter; loquimur ergo de habitu illo, quo assentimur primis principiis, absque discursu aliquo, ex sola terminorum apprehensione, qui habitus ab omnibus appellatur intellectus, non quidem, quia si ipsa potentia intellectiva, quin potius est quædam qualitas superaddita, nempe habitus quo facile, & prompte assentimur primis principiis: cuius ratio est, quia sicut quamvis conclusio scientifica, evidens sit intellectui, mediante cognitione principiorum, nihilominus ponitur quidam habitus ad facile, & prompte assentiendum illis conclusionibus, qui appellatur scientia, ita etiam quamvis ipsa prima principia evidencia sint, ex terminorum apprehensione debet tamenponi, quidam habitus superadditus, ut facile, & prompte illis assentiamur, quia reuera sicut, ex actibus scientiae generatur habitus, qui appellatur scientia, ita negari non potest, quin ex actibus quibus assentimur primis principiis generetur habitus iste, qui appellatur intellectus ad facile, & prompte

teint eligendos illos actus, quod optime vidit. Caietanus I. 2. quest 5. articul. 1. appellatur ergo iste habitus intellectus primo, quia cum sit perfectior omnibus aliis habitibus intellectuilibus, qui sunt in intellectu proper hanc maximam perfectiōnem retinet nomen ipsius potentie, in qua est, & ita appellatur intellectus.

Secundo quia sicut potentia intellectiva, est principium omnis cognitionis, ita iste habitus primorum principiorum est principium omnis cognitionis discursus, que certa, & evidens sit, est tamen qualitas aliqua superaddita potentie intellectivæ nostriis actibus comparata, sicut habitus scientie ut probatum est.

Vnde minus bene Durandus, secunda distinctione 24. questione. 1. & in 3. distinctione 33. ad secum, & Sotus 1. lib. de iustitia, & veritate quest. 4. articul. 1. existimauit habitum istum non esse qualitatem aliquam superadditam, potentie intellectivæ, sed ipsam potentiam intellectuam de se esse apertam, & inclinatam ad assentiendum primis principiis, & probant suam sententiam. Primo, quia in voluntate non datur habitus superadditus, ad amandum bonum in communij, ex quo sequitur amor particularium honorum: ergo neq; in intellectu debet dari habitus superadditus circa primi principiis, ex quib; sic

quitur assensus particularium conclusionum.

Secundo quia intellectus sufficienter determinatur ad assensum primorum principiorum, per apprehensionem terminorum: ergo frustra ponitur qualitas aliqua superaddita ad assentendum illis.

Ad primam respondetur falsum esse, quod in voluntate non ponatur habitus ad amandum finem, & bonum in communi, de quo latius videri possunt Theologici 1. 2. quest. 18. quod quamuis ex apprehensione terminorum, sufficienter conuincatur intellectus ad ostendendum primis principiis, propter magnam eorum evidentiam, cum hoc tamen ponitur habitus iste, ut facilius potentia intellectus eliciat illos actus: sicut quamvis mediante cognitione principiorum sufficienter conuincatur intellectus ad assentendum conclusioni, cum hoc tamen ponatur habitus scientiae ad facilius eliciendos actus scientificos.

Secundo dubitari posset, in hac questione, iam quod iste habitus principiorum, sit qualitas aliqua superaddita potentiae intellectus, an sit diuersus habitus scientiae. Ratio dubitandi est, quia in voluntate eodem habitu amatur finis, & amat media ordinata ad illum finem, quia media sunt propter finem: ergo similiter in intellectu eodem habitu cognoscun-

tur conclusiones, & principia²: probo consequentiam, quia si-
c ut media sunt propter finem, ita in intellectu assentimur con-
clusionibus propter principia: sed habitus quo assentimur con-
clusionibus est scientia: ergo ha-
bitus principiorum, non est di-
stinctus a scientia.

Secundo, quia habitus scientiae generatur per argumentum eidens: sed etiam prima principia cognoscuntur per argu-
mentum eidens, nempe per in-
ductionem: nam hoc principium. Omne totum est maius sua par-
te cognoscitur inductione facta
in omnibus totis: ergo etiam ha-
bitus primorum principiorum acquiritur per discursum eidé-
tem, atque adeo est scientia.

Contraria tñ sententia nobis tenenda est, nempe habitum pri-
morum principiorum essentia-
liter, & specie diuersum esse ab
habitui scientiae, quam senten-
tiam tenet expresse Aristoteles
1. lib. poster. cap. ultimi. & 6.
& Phyllicorum, dicens scientiam,
& habitum esse diuersas virtutes
intellectuales. Tenent etiam Thomista omnes cum Sancto Thom. 1. 2. quest. 57. articul. 2.
& ratione probatur: quia habi-
tus scientificus, essentialiter est
discursivus: nam scientia per
discursum acquiritur, habitus
autem primorum principiorum
essentialiter, non est discursi-
vus, quia vt sape diximus pri-
ma principia cognoscuntur, absq;
discursu:

discursu aliquo per solam apprehensionem terminorum: ergo habitus primorum principiorum, essentialiter est diuersus ab habitu scientie.

Secundo, quia principium scientie non est scientia, sed habitus primorum principiorum est principium scientie, ut docuit Aristotel. hoc lib. cap. 1. & ratione probatur: nam principia sunt causa assentiendi conclusioni: ergo habitus principiorum diuersus est ab habitu scientie.

Vnde ad argumenta in contrarium adducta, respondeatur ad primum esse diuersam rationem: nam media amantur propter bonitatem finis, ita quod medium, ut medium est non habeat bonitatem diuersam à fine cùm totum esse medijs sit propter finem, & ita eodem habitu, quo amatur finis, amantur media, at vero principia habent diuersam veritatem ab illa, quæ est in conclusionibus, inde illatis, quæ conclusiones cognoscuntur per habitum scientie, & ita habitus principiorum diuersus est ab habitu scientie, quo assentimur conclusionibus.

Ad secundum respondeatur, quod si nomine inductionis intelligamus veram argumentationem, prima principia cognoscuntur per inductionem, quia non cognoscuntur per diuersam, sed ex sola apprehensione terminorum: si tamen nomine

inductionis intelligatur, idem quod experientia singularium, verum est: nam verbi gratia, hoc principium omne totum est maius sua parte, extrema, nempe totum, & pars cognoscuntur inductione, idest, experientia sensuum tamen totum ipsum principium cognoscitur, absque discursu aliquo pereudentem conclusionem terminorum.

Ex dictis patet, quod sicut habitus primorum principiorum, est diuersus ab habitu scientie, quo assentimur conclusionibus. Sic in opinabilibus, alias est habitus, quo assentimur primis, & immediatis principiis opinabilibus, alias vero, quo assentimur conclusionibus opinabilibus inde adductis, est enim utroque proportionalis ratio, tamen propter penuriam nominum, uterque iste habitus in opinabilibus, appellatur opinio.

Tertio dubitari potest, utrum iste habitus primorum principiorum, sit qualitas distincta ab speciebus intelligibilis, verbi gratia, quando aliquis assentitur huic principio. Omne totum est maius sua parte, habet speciem intelligibilem totius, & partis: querimus ergo, an habitus primorum principiorum, sit qualitas aliqua distincta ab huiusmodi speciebus intelligibilis, quæ repræsentet extremam illius principij, nempe totum & partem. Capreolus enim in

prologo sententiarum, quæstio-
ne tertia, existimat habitum pri-
morum principiorum, non es-
se qualitatem, aliquam distin-
ctam ab speciebus intelligibili-
bus.

Dicendum tamen nobis est,
cum Sancto Thoma 1. 2. quæ-
stione 57. articul. 2. esse quai-
tatem quandam ab illis, realiter
diuersam, quod etiam docuit
Aristotel. 6. Ethicorum, & Phy-
siconum, dicens habitum primo-
rum principiorum, esse virtu-
tem intellectualem, sed species
intelligibilis, non meretur no-
men virtutis, quia non sunt ha-
bitus boni, sed potius sunt de
specie dispositionis: ergo talis
habitus primorum principiorum,
diuersus est ab speciebus intel-
ligibiliis. Et ratione probatur:
quia species intelligibilis tantu-
m repræsentat extreum, & non
connexione illius cum alio,
verbi gratia, species intelligibili-
lis hominis, tantum repræsen-
tat hominem, sed habitus pri-
morum principiorum, inclinat
intellectum ad assentiendum con-
nexioni, quæ est inter extre-
ma talis principij, nam per habi-
tum primorum principiorum in-
clinatur ad assentiendum, quod
omne totum est maius sua par-
te: ergo habitus primorum prin-
cipiorum, est aliquid diuer-
sum ab speciebus intelligibili-
bus.

Secundo, quia species intel-
ligibiles, pertinent ad operatio-

nem intellectus, quia sunt ima-
gines, quibus res quælibet seori-
sum apprehenditur: sed habi-
tus primorum principiorum, per-
tinet ad secundam operationem
intellectus, quia est habitus iu-
dicatius, de primis principiis;
ergo est diuersus ab illis.

Tertio, quia species intelligi-
biles, non tribuunt facilita-
tem intellectui, & ita ut dixi
capite de qualitate proprie non
merentur nomen habitus, sed
habitus primorum principiorum
tribuit facilitatem intellectui, va-
facile essentiatur primis princi-
piis: ergo est diuersus ab illis.

Ex dictis facile solui potest
alia quæstio, in qua plures im-
merito in morantur, scilicet:
an habitus primorum principio-
rum sit naturalis; vel acquisi-
tus. Respondeatur non esse ha-
bitum à natura, nobis cogni-
tum, sed nostris actibus acqui-
situm, quia hoc generale est
omni habitui naturali, nempe
quod per actus nostros acqui-
ratur. Solum habitus supernatu-
rales infusi à Deo supernatu-
raliter infunduntur, ut chari-
tas, & gratia. Vnde quando Aris-
totel. & alij Philosophi istum
habitus appellant naturalem,
non est sermo, quod sit cogni-
tus à natura, sed quod lumi-
ne naturali intellectus, facile
à quolibet acquiritur, cum pri-
ma principia sint maxime cui-
datoria, absque discursu aliquo,
& labore, in quo distinguitur à
scientia

cientia, quæ labore, & discursu acquiritur.

Addo ultimo non esse unum, & eundem habitum circa omnia principia, sed illa principia, quæ inter se connexionem aliquam habent, & veluti subordinationem, eodem habitu cognoscuntur: verbi gratia, eodem habitu cognoscimus, quod omne totum sit maius sua parte, & quod hoc totum sit maius sua pars principiatam illa, quæ inter se independentia sunt, & veluti disparata per diuersum, habitum principiorum cognoscuntur, & hæc de hac questione.

Quæst. V III. Vtrum scientia distinguitur ab arte prudentia & sapientia.

Nter habitus intellectuales, certum est scientiam distinguiri ab errore, quia error est falsus, & ex falsigrapho arguento proueniens, scientia vero est vera, & evidens, & acquiritur per demonstrationem, ut si spe diximus.

Similiter certum est scientiam distinguiri à fide, nam in primis si sit fides Diuina innititur testimonio Dei dicentis, non verò procedit ex ratione, & discursu, scientia vero acquiritur per discutendum: si verò sit fides humana, est incerta, & fallibilis, quia testimonium hominum cui innititur fallibile est:

scientia vero est certa, & evidens, ut diximus, & innititur non testimonio dicentis, sed demonstratione evidenti. Præterea, quia omnis fides est obscuræ, quia fides est credere quod non vides, scientia verò est evidens, & clara, quia generatur per demonstrationem, quæ est argumentū clarum, & evidens.

Tertio certum est scientiam distingui ab opinione, ut ex propheso, docuit in hoc cap. Aristot. ratio breuiter est, quia opinio est incerta, quia argumentum probabile à quo causatur nō est certum, scientia autem, ut supradiximus, essentialiter est certa: de distinctione autem scientiarum, ab habitu primorum principiorum plura diximus quæst. præcedēti.

Solum ergo est dubium, an scientia distinguitur ab arte, prudentia, & sapientia, quæ tria suo ordine examinanda sunt: circa primum nempe, utrum scientia distinguitur ab arte. Plures cōmuni niter existimant artem esse habitum, prorsus diuersum à scientia. Et probari potest primo, ex Aristot. 6 Ethicor. cap. 4. vbi asserit, quod ars versatur circa singularia, & contingentia, quæ possunt aliter se habere, scientiaverò versatur circa vniuersalia, & perpetua: ergo scientia, & ars maxime distinguuntur.

Secundo, quia scientia acquiritur per demonstrationem, artes autem non acquiruntur, per demonstrationem, sed et per expe-

rientiam, vel per fidem humana-
nam, quia discipuli adhibent
fidem magistris antiquioribus,
sic docentibus ergo maxime di-
stinguuntur.

Tertio, quia Aristotel. loco
allegato, enumerans habitus in-
tellictales, præter scientiam
enumerat artem: sentit ergo,
scientiam maxime distingui ab
arte.

Veruntamen, ut rem hanc ex-
plicemus aduentum est, ar-
tem hoc nō oīo definiri ab Ari-
stotele loco allegato, scilicet ars
est habitus cum ratione factius
Pro cuius intelligentia aduer-
tendum est, quod artes sunt in
duplici differentia: vt docuit
optime Sanctus Thomas, 1. 2.
quæstione 57. articul. 3. aliae e-
nim sunt, quæ versantur circa ex-
terna agibilia, quæ appellantur
artes mechanicae, & operatio-
nistarum proprie appellatur fa-
ctio, & ita appellantur proprie
artes factiæ, quia vt in proce-
mio Logicæ, & sepa alibi di-
xi, actio transiens est, quæ ap-
pellatur factio, vt domificatio,
&c. Aliae vero sunt artes, quæ
versantur circa aliquam opera-
tionem internam intellectus, &
illæ appellantur artes liberales,
qualiter Rethorica versatur in
tradendo modum suadendi, vel
dissuadendi, laudandi, vel vitu-
perandi: vt ergo definitio artis
ab Aristot. allata, tam conueniat
artibus mechanicis, quam libe-
ralibus, illa particula factius, nō

debet significare operationem
transeuntem, quæ proprie appellatur factio, hac enim ratione
tantum comprehendit illa defini-
tio artes mechanicas, quarum
operatio est transiens in exter-
nam materiam, sed debet sumi
factius, prout idem est, quod
operatius abstrahendo ab o-
peratione transente, & imma-
nenti, & hoc modo illa defini-
tio comprehendit artes libera-
les, quæ agunt actione imma-
nenti, & sensus definitionis erit,
ars est habitus cum ratione facti-
us, id est operatius, mediante
directione intellectus.

His suppositis sit conclusio in
hac quæstione, atem non esse
habitum peculiarem distinctum
à scientia, vel fide humana, sed
ali quando esse fidem humanam
ali quando esse scientiam. Prima
pars huius conclusionis, scili-
cet, quod ars aliquando sit idē,
quod fides, probatur. Quia ar-
tes vt in plurimum, ita acquiri
solent, quod discipuli credant
antiquis, tales, vel tales regu-
las tradentibus: sed actus credē-
di, generat habitum fidei: ergo
secundum communem modum
quo acquiruntur, non distingui-
tur à fide.

Ethinc colligo, quod sicut
fides humana, non est virtus
intellectualis, vt optime docent
Theologi 1. 2. quæst. 59. quia
fides aliquando est falsa, de ra-
tione autem virtutis intelle-
ctualis, est quod infallibiliter
inclinat

Inclinet in verū: sicut virtutes voluntatis & iustitia infallibiliter iudicant in bonum, ut latius loco allegato tradunt Theologi ideo quia ars hoc modo sumpta est fides humana, ideo non est virtus intellectualis.

Secundam vero partē cōcluſionis, scilicet quod ars aliquando non distinguitur à scientia practica docuit optime Fonseca. Methap. c. 3. q. 1. Greg. in prologo sententiarū q. 5. & insinuat Durand. q. 6 prologi, vbi inter scientias practicas enumerat artem, & non nihil fauet Arist. 6. meth. c. 1. vbi diuidit scientiā in practicam & factiūam: sed impossibile est scientiam factiūam quae agit de operationibus exteris distinguere ab arte, hoc enim est ars ergo sentit Arist. artem non distinguere sciētia practica factiūa. Ratione probatur quia præcepta artis consideratio sine ad quem illa ars ordinatur possunt certo, & euidenter demonstrari: nam supposito, quod domus ordinatur ad tuēdam salutem hominum, euideretur probatur, quod debet componi ex fundamento parietibus & tecto cum hac, vel illa figura apta hominum habitationi: ergo habitus quo illa principia scimus vere est scientia, quia acquiritur per demonstrationem.

Secundo, quia vt Aristoteles docuit loco allegato, ideo ars est virtus intellectualis, quia est certa, non autem est certa propter

testimonium humanum artisi- cuim, quia testimonium huma- num fallibile est: ergo idem est certa, quia præcepta artis colli- guuntur per euidentem demon- strationem: ergo tunc ars idem est, quod scientia practica.

Vnde ad argumenta in cōtrarium adducta respōdetur quod ars habet duplē actū, aliud internū, qui est iudicare, quod domus, verbi gratia, debeat cōfici cum his, vel illis angulis, & iste actus abstrahit à singulari- bus, quia ars factiūa domus non considerat perse utrum hæc do- mus in particulari sit conficiē- da cum talibus angulis & figura sed potius tractat de domo in communi, & ita quia vniuersali perpetua sunt, quo ad essen- tiām habent obiectum inuaria- ble quoad essentiā, alium ve- ro habet actū exteriōrem ab arte imperatum, qui est v.g. ipsa actualis dominatio externa, & verum est, quod iste actus versa- tur circa singularia contingētia iste tamen solum est actus impe- ratus ab arte, actus tamen ab il- la elicitus, est ille interior, qui reuera est iuditium necessariū, vt diximus.

Ad secundum quod quan- uis artes, vt in plurimum non acquirantur per demonstratio- nem, sed perfidem humanam vt diximus, tamen etiam potest acquiri per demonstrationem vt diximus, quia præcepta artis sup- posito sine illius euidenter pos-

sunt demonstrari, & tunc ars est scientia practica.

Ad tertium quod Aristot. ibi solum enumerat artem, post scientiam, ut ostendat artem falsum distingui à scientia speculativa, non vero quia existimat artem aliquid esse diuersum à scien-
tia practica.

De prudentia vero vtrum sit distincta à scientia facile habet solutionem ex dictis. Pro cuius intelligentia aduertendum est, quod prudentia sicut ars du-
plicem habet actum, alium internum, quo dirigit potentias & membra externa ut operetur cōfoemiter ad rationem. Alius vero est externus & imperatus ab illa, & sunt ipsi actus exte-
riores ambulandi, verbi gratia, vel videndi secundum quod sunt ex directione pruden-
tiae.

Sed rursus actus internus prudentiae triplex est primus est consultatio eorum, quæ facienda sunt, ut recte operemur qui Grecè appellatur Eubo-
lia, & in imprudentia illi oppo-
sita, contrarius actus appellatur præcipitatio: nam est prævius a-
ctus, quo quis absque consulta-
tione, in considerate aliquid ope-
ratur.

Secundo actus prudentiae est iuditium quo habita iam co-
sultatione iudicatur, oportere, sic, vel sic operari, ut bene &
honeste operemur, qui actus Grece appellatur Synesis, &

ita in imprudentia actus huic contrarius appellatur in consi-
deratio, qua quis non recte iu-
dicat de his, quæ facere tenetur.

Tertius actus prudentiae est, quo habito iam iuditio de re, quæ hic & nunc facienda est, prudentia imperatur, ut fiat, quod imperium Grece appella-
latur gnomen, cui correspon-
det in imprudentia primum im-
perium, quo res aliqua turpis fieri imperatur.

Quo supposito facile res-
pondetur sicut diximus de ar-
te quod prudentia pertineat ad
scientiam practicam, nec sit ha-
bitus diuersus ab illa. Cuius
ratio est, quia etiam præcepta & regulae prudentiae possunt per certam & evidenter demon-
strationem demonstrari, verbi gratis, quod supposito,
quod præceptum ieunij cur-
rit, opus sit ieunare, ut honeste
operemur, evidenter demon-
stratur: ergo per talem demons-
trationem acquiritur habitus
scientificus: ergo prudentia non
distinguitur à scientia practici-

Est tamen aduertendum quod prudentia non est unicus indivisiibilis habitus: nam sub prudentia continentur tres ha-
bitus, scilicet Eubolia Synesis Gnomen, iuxta tres illos actus supra connumeratos, & ita ex illis solum habitus, qui appelle-
latur Syenesis, est vere sci-
entia

nia alij vero non sunt propriè scientia sed in proprie in quantum reducuntur ad unicum habitum, quasi ad eum quatum prudètiæ. Ratio est, quia scientia est habitus iudicatiuus: sed sic est quod Eubolia, & Gnomen non sunt habitus iudicatiui, sed alter imperat, alter habet consulationem, quæ duo impropriè appellantur scientia: ergo prudèntia solum est scientia, quantum ad illum habitum, qui appellatur Synesis alij vero duo habitus proprie loquendo non sunt scientia, sed possunt vocari nomine prudentiæ conditæ contra scientiam.

Addo ultimo in hac difficultate prudèntiam aliquando etiam posse pertinere ad habitum fidei, ut dixi de arre: nam si quis regulas, & præcepta prudentiæ cognoscat ductus solum testimonio dicens habet solum fidem.

Sed obijcies contradic̄ta: nam prudèntia aliquando versatur circa futura: nam prouidentia est pars prudètiæ, ut docuit optime Sanctus Thomas prima parte quæstione. 22. & communiter Theologii: sed de futuris nihil certo iudicari potest: quia prudèntia non est certa: ergo non est scientia: quia de ratione scientiæ, ut supra vidi mus est quod sit certa.

Respondetur quod prudèntia nunquam iudicat de

futuris ita, ut dicat illa esse futura, vel non esse futura determinate, hoc enim potius est imprudentia: solum ergo prudèntia dirigit media ad consecutionem finis, quem per talia media proponit melius posse consequi, & hoc iudicium infallibile est.

Tandem de sapientia quidam docent esse habitum diversum à scientia: nam dicunt esse quandam habitum, qui adæquate ve satur, circa principia, & conclusiones simul, ita ut eminenter veluti comprehendat habitum primorum principiorum, & conclusionem, quod explicari posset hoc exemplo. Nam quemadmodum quanuis ponantur quinque sensus exteriori ad iudicandum de particularibus obiectis sensibilibus, ut de colore sono, &c. Nihilominus ponitur quidam sensus interior, qui hec omnia sensibilia cognoscet, & inter illa discernat, qui appellatur sensus communis: ita quanuis ponatur quidam habitus peculiaris, circa prima principia, qui appellatur intellectus & aliud, circa conclusiones, qui appellatur scientia, nihilominus assignandus erit habitus adæquate, utrumque completens, & veleti inter utrumque discernens, qui appellatur sapientia.

Alij vero assertorū sapientiam non distinguunt sciētia, sed

esse scientiam exactissimam, ita ut cognitio conclusionis per suas aliiſimas causas maxime immediatas appelleetur sapiētia qua ratione Metaphysica appellatur ab Arist. sapiētia, quia considerat principia maxime communia ad plures scientias, agit enim de ente in communi, & de eius passionibus, eiusque principia universalissima t̄ adit, quē modum dicendi sequitur Pater Molina, i. parte, q̄ est. i. vterq; iste modus dicendi mihi adēd probabilis apparet vt neutrum reprobare audeam, sed vterque facile defendi potest, &c.

Quæſt. IX *Quid sit opinio & vtrum scientia & opinio possint esse de eadem re.*

SVpono primo in hac quæſtio ne opinionem esse habitum intellectuale maxime diuersum à scientia, cum scientia generetur per argumentum euidentis, opinio vero per argumentum probabile.

Suppono etiā habitū opinionis, etiam maxime differre à fide humana, nam fides humana solū innititur testimonio humano, non vero procedit ex ratione, opinio vero procedit per argumentum probabile, vnde quando Arist. opinionē vocat fidē vt. 7. topicorū c. 5. vbi dicit si dem esse opinionem, vñ hemen-

tem, nomine opinionis intelligit assentītum incertum.

Tertio suppono vt dicebam quæſt. 7. quod in opinabilibus datur duplex habitus realiter, & essentialiter diuersus, alter quo assentimur primis principijs opinabilib⁹ alter vero quo assentimur conclusionibus opinabilibus ex principijs aduersis, & vterque habitus obperauriā nominum appellatur opinio, cum tamen sint essentialiter diuersi, quod constat, quia ideo scientia distinguitur ab habitu primorum principiorum, quia appellatur intellectus, quia scientia essentialiter est discursus, secus vero habitus primorum principiorum, vt loco citato late ostendi: sed similiter habitus quo assentimur primis principijs opinabilibus, nō est discursus, cum nō sint alia principia priora per quæ probentur: habitus vero quo assentimur cōclusionibus opinabilibus propter sua principijs essentialiter est discursus: ergo isti habitus maxime diuersi sunt inter se, quod vero debeant dari quędā prima principia ad quæ cōclusiones opinabiles reducātur, probatur. Quia in principijs alicuius cōclusionis nō pōt procedi in infinitū: ergo danda sunt aliqua prima principia ad quæ reducantur conclusiones opinabiles, illa autem non possunt esse principia certa, quia conclusio incerta, qualis est conclusio opī

opinabilis nō potest reduci ad principia certa, quia iam esset certa, siquidē probatur per principia certa: ergo dāda sunt quædam prima principia opinabiliæ ad quæ conclusiones opinabiles reducantur, & cum talia principia non probentur à priori possunt esse probabiliæ ex apprehensione terminorum, sicut prima principia certa ex terminorum apprehensione certa & evidentiæ apparent.

Et hinc quarto suppono quod quando Aristotel in hoc capite distinxit opinionem dicens. *Est existimatio propositionis, in media, & non necessaria*, non definiit opinionem, quæ habetur de conclusionibus, quia ista nō est existimatio propositionis immediatae cum conclusio non sit propositionis immediata, quipotius probatur per propositiones immediatas: solum ergo distinxit opinionem, quæ habetur de primis principijs opinabilibus, istæ enim sunt propositiones immediatae in opinabilibus, sicut in propositionib⁹ necessarijs prima principia dicuntur propositiones immediatae.

Et si inquiras, quare ergo Aristotel non definiuit conclusionem, quæ habetur de conclusionibus opinabilibus, responderetur causam esse, quia de conclusionibus opinabilibus nemini dubium esse poterat, quin sit opinio, poterat tamen esse dubium, an de primis principijs

opinabilibus sit opinio, & ita ad ostendendum, quod etiam de illis est opinio, & non cognitio certa, dixit quod opinio est existimatio propositionis immediate, vbi nomine existimationis significatur, quædani cognitio in certa & non evidentiæ.

Vbi etiam dubitari solet, an formido sit de essentia opinionis, vbi aduertendum est, quod per formidinem duo intelligi possunt, primo actusquidam voluntatis, qui appellatur timor, quo quis timet ne contraria pars sit vera, & certum est hanc formidinem non esse de essentia opinionis, quia quādo aliquis habet opinionem, quam omnes unanimiter defendunt, nullan habet formidinem contrariæ partis, imò infide humana hoc ipsum patet: nam quia omnes asserunt Romanum esse, nullus habet formidinem contrariæ partis: alio ergo modo sumitur formido priuatuerè pro priuatione certitudinis, & hunc modo formido essentialiter conuenit opinioni, non quidē, tam quam prædicatum essentiale, quia cum opinio sit quidam habitus positivus, nulla priuatio potest esse de eius conceptu essentiali primario.

Solum ergo est illa priuatio, quid necessario consequens ad essentiam opinionis, sicut ad essentiam hominis consequitur quod non sit equus, quia cum opinio habeatur per argumentū in-

in certū, necessariū est, q̄ sit in certa vnde sicut inter scientias quædā sunt certiores, & cūdēntiores alijs, vt supra vidimus ita inter opiniones quædā suat magis in certæ, quā aliae, quia rationes non sunt ita probabiles.

Solet secūdo in hoc cap. dubitari, an ad opinionē, vel fidē requiratur pia affectio voluntatis. In qua re certū esse debet primo contra Ochan in 1. dist. 25. quod sola pia affectio voluntatis non est sufficiens inclinare intellectū, vt opinetur hanc partē potius quā contrariā quia cū opinio sit discursiva absq; argumentatione aliqua, nō pōt quis per solā piā affectionē moueri ad potius opinandā hanc partē quā cōtrariā, sed semper debet esse aliquā ratio aparens probabilior, quā ratio contrarie partis, alijs si propter solā autoritatē quis mouetur ad talē assensū potius habet fidē, quā opinionē, quia per solā autoritatē dicētis mouetur magis ad illā partē, quam ad aliam.

Secundo certū est in fide humana, quādo persona dicens est fidedigna, non requiri piam aliquā affectionem erga illa, vt ei credamus q̄ experientia patet, nā quando quis de inimico suo habet existimationem, q̄ sit homo verax, credit q̄ ille dicit, cū tñ non habeat piā aliquam affectionē erga illū, sed potius inimicitiam.

Solū ergo est dubiū, an ad fi-

dē & opinionem saltē requiratur motio a iqua voluntatis, qua voluntas moueat intellectū ad actū fidei & opinionis. In qua re certū est intellectū in actu fidei & opinis moueri à voluntate quoad exercitium, idest, q̄ exerceat vel suspēdeat assensum opinionis, vel fidei. Ratio est, quia cum intellectus sit potētia libera ex motione voluntatis: nō diuertim⁹ imaginationē & cognitionē quando volumus, ideo ex motione voluntatis pōt exercere actum opinionis, vel fidei, aut suspendere exercitiū, imo idem contingit in actu scientiæ ut supra cap. 1. q. ultima ostenditum est.

Solū ergo est dubiū vtrū voluntas in actu fidei & opinionis moueat intellectū, quoad specificationē, idest, vt potius opinetur hāc partē, quā illam. Prima sententia affirmat intellectū nō moueri in actu fidei, & opinionis, à voluntate, quoad specificationē, quā sententiā saltē, quo ad fidē diuinā tuētur Sotus Enricus & plures alijs in primo. d. 25. & fundamentum esse potest quia argumentum probabile est sufficiens motium, vt intellectus potius assentiatur probabiliter huic parti, quam il. i. Similiter testimonium fidedignum, præsentim si sit testimoniu⁹ Dei sufficientissimum est ad credēdū: ergo intellectus nulla indiget motione voluntatis a hī iusmodi act⁹ fidei & opinionis.

Contra

Contra ratiō tamen sententia nobis tenenda est cum S. Thom. secunda secundæ quæst. 1. art. 4 & quæstione 2. art. 1. ad. 3. quæ eius dis. ipsius ibidem sequuntur semper tam ad finem quam ad opinionem requiri motionem voluntatis, ut intellectus moyetur quoad specificationem ad credendum hoc, potius quam ad discredendum illud, ratio est, quia tam in opinione, quam infide, etiā si sit diuina adhuc superpositio testimonio, & argumento probabili obiectum ipsius in se manet obscurum, nam quantumvis Deus reuelauerit esse tres personas diuinæ, hoc in se obscurum est. Similiter argumentum probabile non causat evidentiā: ergo adhuc manet res obscura, quia talē obiectum non apparet intellectui evidenter verum ergo ad assentiendum illi, potius, quam ad dissentendum, opus est motione voluntatis, & ita funda contraria sententia nihil probat, quia testimonium certis, vel argumentum probabile pō est sufficiēs ad totū determinādū intellectū cū adhuc maneat res obscura.

Maiorē ergo habet difficultatem in hac quest. vtrū sciētia, & opinio possint esse de eadē re, & in primis certa est doctrina Arist. hoc cap. nēc pō de eadē re complexa pō simul haberi sciētia & opinio, idest, secundū diuersas cōclusiones, nā de quātitate habet quis sciētia evidētē, q̄ sit

accidens, tñ vtrū distinguitur à re quanta, vel non, solū habet opinionem, imo pōt hoc modo de eadē re haberī scientia, & error, quia pōt cōtingere, q̄ quis de vna conclusione habeat sciētiā, de alia tamē diuersa habeat errorem.

Solū ergo est Dubiū loquēdo de eadem cōclusione an de illa possit quis simul habere sciētiā & opinionē: sed rursus tñ scientia quā opinio vel possunt summi pro actu vel prohibitu & de vtrisq; pōt quis procedere, nē pe an possit, quis simul habere de eadē cōclusionē habitū oppositiuum & habitū scientificū & similiter an possit simul habere actū scientificū & opinioni iudū.

In quare prima sententia affirmat de eadē cōclusionē nō posse aliquē simul habere actū sciētiae, & actū opinionis. Teneret Ca. preclus in. 3. d. 25. q. 1. & in hoc cap. Sot. Tolet. & Calet. & Majus, teneret etiā hic Philoponus, & Themistius, & videtur fauere Arist. in hoc cap. qui dicit simul scientiā & opinionē de eadē cōclusionē esse non posse.

Secundo quia vilum & nō vīsū clarū & nō clariū repugnat simul de eadē re: sed scientia dicit claritatē, & evidentiā, opinio vero nō est evidens: ergo repugnat hec duo simul id eodem intellectu de eadem conclusione.

Tertio quia per sciētia iudicat aliquis re ita esse certā, ut aliter se habere non possit, cū sciētia evidens.

evidens sit, per actum vero opinatum ita iudicat rem veram esse, quod sentiat aliter se habere posse: sed repugnat aliquem si mutuare rem aliter se habere non posse, & eadem conclusione aliter se habere posse: quia sunt iuditia contradictiones. o scientia, & opinio actualis de eadem conclusione simul haberi non possunt.

Quarto quia si actus opinionis qui in certus est, potest esse cum actu scientiae, sequitur etiam, quod poterit esse de eadem conclusione actus scientiae & actus erroris, qui est actus falsus oppositus actui vero scientiae. Quinto, quia eadem ratione potest esse fides & scientia de eadem conclusione, quod tamē est falsum, quia fides est credere quod non vides, scientia autem est videns & clara cognitione.

Contraria tamen sententiam nobis tenenda est scilicet de eadem conclusione posse simul haberi actum scientiae, & actum opinionis, quam sententiam tenet Durandus in prologo sententiarum quæstione. 1. & in 3. distinct. 31. quæstione. 4. Bonavent. eodem lib. distinct. 4 quæstione. 2. articul. 3. Alexander Alens. 3. parte, quæstione. 19. dubio. 3. Villalpand. in hoc cap. docuit etiam Sanctus Tho. prima secundæ quæstione. 67 articul. 3. in corpore ubi dicit, ea dein propositionem posse cog-

nosci per diuersa media, alterum demonstrativum, alterum probabile: sentit ergo S. Thom. simul posse haberi actum scientiae, & actum opinionis, de eadem conclusione, & similia repetit. 3. parte, quæstione. 7. articul. 3. ad secundum neque Aristot. unquam contrarium ostendit, nec docuit, nam quod in hoc capite ad finem afferit non posse nos scire & opinari, idem intelligendum est, id est, eadem conclusio formaliter non potest opinari & sciri, & hoc verum est nam hoc ipso quod habemus scientiam & opinionem, est diuersa conclusio formaliter, quia in actu scientiae colligitur per argumentum evidens, in actu autem opinionis per argumentum probabile, & ita ex diuerso ordine, quem dicit ad diuersa medit, est diuersa conclusio formaliter.

Tamen quod de eadē conclusione absolute loquendo simul possimus habere actu sciencie, & opinionis probatur. Quia de essentia opinionis non est, quod quis positivè habeat formidinem contrarie partis, sunt enim aliqui, qui ita ad haerent firmiter suis opinionibus ut contrariam prorsus falsam existiment, & ita non requiritur quod in actu significato, iudicet illam conclusionem incertam esse, satis est, quod ipsa in se in certa sit ex vi illius argumenti probabilis, cum hoc tamen non repugnet,

net, quod allunde certo cognoscatur eadem conclusio per argumentum demonstrativum: ergo eadem conclusio potest simul cognosci certo per actum scientiae, & probabiliter per actum opinionis.

Secundo probatur, quia s^ep^e contingit, quod postquam probauimus conclusionem aliquam argumento demonstratiuo Addamus deinde rationes alias probabiles: sed illæ probabiles rationes non possunt generare assensum scientificum, quia assensus scientificus solum generatur per demonstratiōnē: generant ergo assensum probabilem ergo de eadem conclusione possumus simul habere actum scientiae & actum opinionis: neque dici potest, quod tunc illæ rationes probabiles nullum assensum generat: nam contrarium est, quod reuera illæ rationes suo modo iuvant intellectum ad assentiendum tali conclusioni, alias impertinenter adduceremus rationes probabiles ad confirmandam conclusionem, quæ iam probata est demonstratiue: dantur ergo simul assensus opinatiuus, & scientificus de eadem conclusione.

Ex dictis infero etiam posse dari simul habitum scientiae, & habitum opinionis, de eadē conclusione, quia cum habitus fiat propter actus, ubi nō repugnant actus, minus debet repugnare habitus.

Infero secundo actū erroris non posse haberi simil de eadē conclusione, cū actū scientiæ. Ratio est quia cū per actū scientificū evidenter quis videat cōclusionē verā hoc ipso non potest errare circa illā, & ita actus scientiæ & actus erroris sunt cōtrarij inter se.

Maior posset haberi difficultas vtrum habitus scientiæ repugnet simul cum habitū erroris, circa eandem conclusionem de hac tamen difficultate tractant Theologi in materia de habitibus, ad quam etiā expectat, vtrum habitus scientiæ acquiratur pluribus actibus vel sufficiat vnicus actus ad producendum habitum scientiæ, & sere communis sententia assertit sufficere vnicum actum, quia cum actus scientiæ sit evidens, & certus conuincit intellectum totaliter, & ita ex solo illo fit habitus scientiæ, quod secus contingit in alijs habitibus, quorum actus non est certus & evidens, vt in opinione, tunc enim, quia nō conuincit intellectu, non est sufficiens vnicus actus, sed requiruntur plures ad producendū habitū, hæc tamen omnia latius examinabimus in nostro tractu de habitibus.

Super est ergo respēde mus ad argumenta incontrariam ad ducta. Ad primum, iam diximus qualiter intelligendus sit Aristotel.

Ad secundum, quod quamuis visum, & non visum, clarum & obscurum repugnat, respectu eiusdem actus intellectus, tamen non repugnat respectu diuersorum actuum, quia non repugnat id quod per unum actu non videtur, simul videri per alium actum: sicut non repugnat, quod una conclusio non videatur, altera vero videatur.

Ad tertium, quod non est de ratione opinionis, ut dixi, quod iudicet quis rem illam, aliter se habere posse, sunt enim aliqui ita firmiter adhaerentes suis opinionibus, ut contrariam prossus falsam, & impossibilem arbitrentur, solum est de ratione opinionis, quod in se ipsa non sint certa, cum hoc tamen non repugnat eandem conclusionem, certo cognosci, per alium actu scientificum.

Ad quartum esse diuersam rationem, de actu scientiae, & actu erroris, quia cum per actu scientiae, videat quis conclusionem esse euidenter veram, hoc ipso intellectus non potest errare cir-

ca illam, tamen non repugnat veritatem eiusdem conclusionis, cognosci per medium probable, & demonstratiuum, & ita quod habeatur simul scientia, & opinio, de eadem conclusione vera, quia quamvis opinio aliquando possit esse falsa, tamen aliquando est vera, & tunc est comprobabilis cum actu scientiae.

Ad quintum respondeatur, nullo modo posse haberi scientiam & actu fidei, de eadem conclusione, quia fides, non solum dicit obscuritatem in ipso actu fidei, sed respectu subiecti, ita quod obiectum quod credimus obscurum sit tali subiecto, quia ut saepe dixi, Fides est credere, quod non vides, & ita repugnat cum actu scientiae, quia est euidentis, & clarus, opinio vero solum dicit obscuritatem in ipso actu opinionis, quia non repugnat idem obiectum, quod per opinionem cognoscimus, non clare, aliunde, nempe per actu scientificum clare videri. Et hec dicta sint, atque sufficiant de hoc libro Posteriorum.




**SELECTA IN
LIBROS TOPI-
corum.**

SIC V T DE HIS LIBRIS VNVM
 verbum interrogari solet, ita breuiter dicam cir-
ca ea, quæ in ipsis continentur.

Quod sit obiectum horum librorum.

Supponendum est, quod isti libri appellantur Topici seu ad inventiui, quia in ipsis docet Aristoteles loca, & media ad inuenire ad disputandum probabiliter, & ad disputandum de propositionibus probabilitib. Secundo supponendum est, quod isti libri locum habent post libros Posterior. & ante libros Elenchorum, sic constat ex ordine

ab Aristotel. seruato, in scriben-
do.

His suppositis obiectum ho-
rum librorum est sylogismus Topicus, quia componitur ex propositionibus probabilitib., & ordinat ad generandam opinionem, ita sentit Egidius & alij. Ratio à priori est, quia in his libris agitur præcipue de prædicto sylogismo Topicō: ergo ille est obiectum ho-
rum librorum.



C A P U T P R I M U M.

APVT hoc in duas dividitur partes: in prima ponit Aristot. suam intentionem, in secunda definit syllogismi species. Primo incipiendo inquit, quod suam intentionem in his libris est docere, qua ratione sunt inuenienda loca, & argumenta ad disputationem probabilem. In secunda parte definit syllogismum in communidicens, quod est oratio in qua quibusdā positis aliquid aliud, sequitur. Deinde. Syllogismus demonstratiuus est, qui procedit ex veris Topicus vero, ex probabilitibus, & occasione huius definitur probabilia esse, quae omnibus, vel pluribus sapientibus, ita apparent: syllogismus denique litigiosus est, qui procedit ex probabilitibus, tamen non sunt talia. Syllogismus Topicus est, qui procedit ex principiis male intellectis, idest ex his, quae apparent vera, & non sunt talia.

Circa hoc caput, solum est ad uertendum discrimen inter syllogismum litigiosum, & falsigraphum, vel sophisticum, quia syllogismus litigiosus est obliquitas quædam, syllogismi probabilitis: nam est ille, qui procedit ex his, quæ probabilia videntur, in

re tamen non sunt talia, at vero syllogismus sophisticus, vel falsigraphus, est quædam obliquitas demonstrationis: nam procedit ex principiis male intellectis in scientia.

Secundo aduertendū est, ut aliqua propositio sit probabilis nō sufficit, ut talis videatur alicui, sed ulterius requirit, ut adsit aliqua ratio, ita efficax, ut difficultatem faciat, & propositiones ipsas probabiles reddat.

In hoc cap. inquirit Aristotel. quis syllogismus Topicus, qui dialecticus appellantur, qui dialecticus appellari solet, cōponitur ex propositionibus dialecticis, idest ex propositionibus probabilitibus. Pro quo aduertendū est, quod differunt, quandoquidem est problema, & propositio dialectica, quia questio, vel problema est propositio, que proponebitur disputanda disiunctive, ut quando proponitur, an qualitas distinguitur realiter à re quanta et vero propositio dialectica, est emendatio quædam, in qua prædicatum probabiliter dicitur de subiecto.

In secunda parte inquit, quod omnis questio vel propositio, debet constare genere proprio, vel accidēti, ubi nomine proprij intelligi

telligitur internum prædicatum & ita sub illo intelligit propriam passionem, & definitionem, quia utrumque est propria, & interna rei. Ex dictis colligit Arist. quod tantum sunt quatuor questio[n]es, & similiter quatuor prædicata Topica. Ratio est, quia tantum sunt,

quatuor quæ de subiecto cōmuni, probabiliter prædicantur: tandem concludit dicens, propositione dialectica, est sūptio alterius partis contradictionis, at vero questio, vel problema est dubitatio utriusque partis.

CAPUT QUARTUM.

Tentum Aristot. in hoc cap. est definire prædicata Topica, inquit quatuor esse, scilicet, definitio, genus. Proprium, & accidens, ex quibus definitiōnem terminū appellat, quia tota quidditatē rei terminat, & sic definiri debet, est oratio explicans quod quid est rei, & aduertit, quod loco nominis positivū definitiōne, licet ponere eius definitionē Deniq[ue] definit genus dicēs, esse illud, quod prædicatur de pluribus differentiis specie, definit etiā propriū, quod soli inest, & conuersim dicitur: tandem definit accidentē esse, quod neq[ue] est genus, neq[ue] species, neq[ue] differentia, neq[ue] propriū, semper tamen est in subiecto, id est potest de subiecto affirmari.

Quest. Unica utrum tantum sint quatuor prædicata Topica.

Ratio dubitadi est, quia species prædicatur de alio si sit genus: ergo species est prædicatū topicū, & tamen nullū ex assignatis: ergo sunt plura, quā-

quatuor. Secundo quia sunt quinq[ue] prædicabilia: ergo sunt quinq[ue] prædicata topica, & non tantum quatuor.

Sit conclusio. Tantum sunt quatuor prædicata topica, scilicet, definitio, genus, propriū, & accidens, ad hanc reducuntur reliqua omnia ita Sanctus Thom.

Aduertendum est, quod prædicatū Topicū in cōmuni nō fuit definitū ab Aris. sic tamen definitur, Est illud, quod probabiliter dicitur de subiecto cōmuni diximus, de subiecto cōmuni, quia questio[n]es, & disputatio[n]es dialecticæ sunt de cōmunibus & probabilibus, nō de singularibus.

Hoc non proposito prædicatū, vel prædicatur de subiecto cōmuni essentialiter, ut tota essentia, & sic est definitio, vel tanquam pars essentiæ, & sic est genus, vel differentia: sic debet intelligi, vel prædicatur de subiecto cōmuni probabiliter, & accidentaliter, vel necessario, & sic est propriū, vel accidentaliter & mere contingenter, & sic est accidens: ergo iam sunt quatuor prædicata Topica.

Ad primum respōdeo, quod species iū sima non est prædicatum Topicum, quia non prædicatur de subiecto cōmuni, sed de singulari. Ad secūdum quod prædicabiliā constituuntur per diuersum modum prædicandi de pluribus, siue in communi, siue in singulari, & quia sunt quatuor modi prædicandi ideo sunt quatuor prædicata Topicā. Tandem aduerte, quod sub nomine definitionis comprehēdit omnem definitionem, tam essentialem, quam descriptiūā, & hæc de Topicis.

Selecta in libros Elenchorum.

Intentum Aristotel. in his libris est docere, qua ratione debemus fugere fallatias argumētorum, quibus sophistici vtuntur: vnde isti libri appellantur elenchorum, idest libri redarguendi aliquendū illius fallatias manifestamus: obiectum autem horum librorum est syllogismus sophisticus, seu litigiosus, qui ordinatur ad erro-

rem medijs principijs male intellectis.

Dicendum est, quomodo differant syllogismus sophisticus, & litigiosus, qui ordinatur ad errorē medijs principijs male intellectis. Respondeo, quod reuera sunt idem syllogismus, qui simul peccat in materia, & forma, dicitur sophisticus etiam, quia ordinatur ad ostendendam sapientiam, potius quā ad indagandam veritatem.

Fallatia in communi sic definiuntur est error, faciens credere, non ens esse ens. Et si inquiras, quot sunt modi decipiendi. Respondeo quod numero carent, sunt tamen quasi infiniti, & reduci solent ad decimum tertium, ut docet Arist. 4. vel 3. ethicorum. Ex quibus alia fallatia est æquiuocationis, quæ in voce cōtingit alia compositionis, alia divisionis, alia captionis, alia accusi, & sic in alias, quas breuitatis causa omitto, & hæc dixisse sufficient, circa vniuersam Aristotelis Dialecticam.

(?.)

FINIS,

Si quid dixerim quod contradicere videatur Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, illud anulo, & reuoco, & eiuspiæ correctioni me submitto,

Philippe de Bourg conte
de Clermont et de Ro
anneau. Il est le fils de
Philippe de Bourg conte de
Clermont et de Ro
anneau. Il est le fils de